6

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

EXHIBENS

PRIMAS LINEAS SYSTEMATIS MORBORVM AETIOLOGICI.

QVAM

CONSENSV ET AVCTORITATE

INCLYTI MEDICORVM ORDINIS

PRO SVMMIS

IN VTRAQVE MEDICINA CONSEQVENDIS HONORIBVS

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

IOANNES HENRICVS DYRSEN

RIGA - RVSSVS

DIE XII. SEPT. A. MDCCLXXXXI

GOETTINGAE

Typis BARMEIERIANIS.

PATRI

OPTIMO, CARISSIMO,

LVDOVICO GRAVE,

CONSILIARIO TITVLARI

ET

ASSESSORI MAGISTRATVS GVBERNII

RIGENSIS

HASCE

STVDIORVM PRIMITIAS,

IN

PVBLICVM GRATI ANIMI MONVMENTVM

SACRAS VOLVI.

PRAEFATIO.

Iam ſatis in libello de conſilio meo prolocutus ſum, pauca ſunt praemittenda de eo exſequendo. Valetudo labefacta prohibuit tantum temporis labori impendere, quantum munus ſuſceptum poſtulauit, vt perfectum, omnibusque numeris abſolutnm, prodiret. Quod ſufficit excuſationi, dum illud Horatii, nemo mihi opprobrio dabit, me taeduiſſe limae, dum mos iubet ſcribere, cupido non titillauit.

Afferta vaga auctoritate aliquando fuffulcire oportuit — magna librorum volumina peruoluere tempus non permifit, libros vero allegare, quos vti Ill. Richteri fcripta, manu diurna ac nocturna verfari oportet, haefitaui, ne commilitonibus arridere viderer. Omnes mecum defiderio, puto, tenentur, continuatione operis eius immortalis donari, vt praecepta, quae voce viua addifcere nobis contigit, magis diuulgata, minus felicibus, iacturam inftitutionis compenfent.

In magnis voluiffe fat eft — fi te non fugit Beneuole Lector, me commodum fcientiae, duntaxat cupiiffe, omnia votis refpondebunt; in pofterum tentaminis, oh quanta vitia! eliminare conabor.

---

§. 1.

§. 1.

"Superat humani ingenii vires, omnes notiones indiuiduales ſigillatim deprehendere, inque rebus agendis illas adhibere, hinc animae fere proprium atque inſitum eſt, vt conceptus indiuiduales, ad generaliores quosdam reuocemus, qui memoriam, oneri alias, confuſionique cedentem ſuffulcire valent, et ſecundum quorum normam, nouas rerum obuenientium notiones digerere poſſumus". Quibus verbis auctor celeberrimus methodum ſuam morbos ordinandi, quae continet ſectionem, incipit 1). Liceat iuueni ſub eius vexillis militare, atque hanc prae-

 mit-

1) SELLII Pyretologiae methodicae rudimenta pag. 45.

mittere apologiam ſyſtemati, quod artis peritis ſubmiſſe exhibere conatur. Cur novum ſyſtema? Id quod difficillimum ſentio, enodandae veniunt rationes quibus commotus arduam rem adgredior, ſubruenda argumenta, quibus mea iam eneruarunt, quo fulcro vtar? auctoritate orbatus, qua non egebant ſyſtematum ante me conditores; fama aduerſariis ſilentium impoſuit, quos nondum coercuerat vis argumentorum.

Ex praeceptorum inſtitutione, et ſub eorumdem auſpiciis, apud lectos aegrotorum, ex medicorum clinicorum ſcriptis, primum vitia, quibus ſyſtemata ſuperſtructa videbantur, animaduertere rebar. En fontes methodi — cui, vti normam iudicii de conamine ferendi, vtilitatem practicam vellem. Nunquam theoria, imo veroſimillima, nunquam ratiocinatio ſubtilis, me ſeducet vt opinioni adhaeream, cui experientia non favet, omnino errorem vitare non continget, ſed quis in re dubia a tirone tale poſtulabit ſcrutinium?

§. 2

§. 2.

Quaeuis ſcientia, qua ingenium ornare cupimus, minore opera addiſcitur, traditurque memoriae, vnde impreſſio diutius retinetur, ita connectendo notiones varias, vt tanquam vno adſpectu habeamus, in quas ſigillatim circumuagari oporteret, et id quidem claſſificationis vnicum meritum et ſufficiens, in variis hiſtoriae naturalis ramis. In praxi medica alio forte modo nobis inſeruiet. Quid ſi pro votis proceſſerit, antiqua commoda ſeruando, noua et vt ſpero haud vilia adiungere? nemo palmam negaret; nonne ſufficienter haec vitia probavero, ſi aliquid emolumenti addi poſſe vos non fugiet? Huc tendo, et huius conſilii fauſta exſecutio argumenta amplectetur, quibus aduerſariis reſpondeam.

§. 3.

Savvages, Linnè, Vogel, Cvllen morborum aciem ita inſtruxerunt, vt ſymptomata praeeminentia eligerent, praepone-

nerentque claſſibus, prout illi hoc, alteri aliud ſymptoma, praecellere videbatur. Genera morborum et ſpecies, partim anatome per corpus diſtribuere potuiſſet, partim ſubdiuiſiones conſtituebantur, a cauſa, et materia morbifica. Tam inconſtans, atque vacillans haec methodus eſt. Quamnam quaeſo, vtilitatem practicam offert? imo tenebris adhuc magis inuoluit rem obſcuram. Quicunque iam artis peritus haud immemor tirocinii clinici, recordabitur difficultatum quibus obuolutum erat, quam ſaepe nomen morbi, attentionem a re et indole mali auerterat. Hinc tam ardens illa ſpecificorum indagatio, hinc ſpuria illa methodus medendi, quae ſingulis ſymptomatibus proprium dictabat remedium, hinc medicaminum empiricorum cohors inter ſe effectu in corpus humanum diſcrepantium, eidem morborum nomini deſtinatorum, hinc tam multi morbi inſanabiles, tanta medicorum opprobria; *illi errori* debemus febres malignas et cancrum, et praeter na-

turam multiplicatam malorum legionem. Ne multa. SELLE 1) van HEVWEL 2) pluresque vitia methodi ſymptomaticae, aperte oſtenderunt, et cuicunque artis myſteriis initiato patebit, practicae eſſe vtilitatis tunc tantum poſſe, ſi quaecunque pars corporis humani, proprio et ſpecifico gauderet remedio, quod amuleti inſtar atque genii tutelaris; vti Iatroaliptae quondam opinati ſunt, illam ab iniuriis tueretur, inimicumque profligaret, id quod vetulis optatiſſimum eſſet; nec deſunt qui hodiernis temporibus plebi credulo hunc inculcant errorem.

§. 4.

Nunc SELLII ſyſtema adgrediendum eſt, quod aetiologico praeferendum tulit, ob complicatiſſimum virium machinae noſtrae conſenſum, indeque variam directionem ac modificationem effectuum vnius eius-

1) SELLE l. c. §. 27.

2) van HEVWEL Tentamen noſologicum.

eiusdemque causae materialis, exiguam nostram cognitionem reliquarum circumstantiarum, sub quibus, posita causa materiali, haec vel illa eiusdem effectus modificatio euenire debet; frequens causarum plurium porro concursus, magna opiniorum de natura causarum cohors, praeiudiciis ac hypothesibus erroneis superstructa, determinationem morborum secundum similitudinem naturae et causam materialem ad problemata altioris indaginis relegant. Idem monet BAGLIVIVS 1), idem ZIMMERMANNVS 2).

Quibus verbis, et pluribus adhuc rationibus tanti viri aduersus methodum ordinandi se declarant, quam iam diu in pectore foui, certe me a consilio deterrerent, nisi ipse edoceri cuperem, et nisi fautores ac praeceptores in aeternum pie colendi, quibuscum rem communicaueram me incitassent, vt fusius et distinctius ideas confu-

sas

1) BAGLIVII opp. lib. I. II.

2) ZIMMERMANN *von der Erfahrung.*

ſas explicarem. — Libellus offeret publico obiectiones, quas aduerſariis opponere exiſtimaui. Difficultates amouendo et ſubruendo obſtacula, amicos ſyſtemati acquiram. Antequam verò propius accedam rei, nonnulla differenda ſunt de claſſificatione HEVWELII 3), quae peraffinis ſyſtemati meo videbitur, tamen vt infra elucebit, valde ab illo diſcrepat. Diuiſiones et ſubdiuiſiones, indicationem curatiuam, non ſecum ducunt perſaepe morbis ſubiecit cauſas fictitias, ſaltem haud publici iuris, praeterea haud certam et conſtantem rationem ſecutus eſt, dum quidem claſſes praecipuas pro cauſis generalibus diuiſit, morbos ſubordinatos pro phaenomenis externis. Sic ad claſſem morbos ab impetu nimio vis vitalis continentem, omnes inflammationes pertinent, quae tamen a diuerſis cauſis, quibus etiam diuerſa methodus medendi, excitantur; eidem adnumerantur ſectioni, morbi conuulſiui, congeſtiones, febres-

A 5

3) HEVWEL. l. c.

bresque. Quamnam quaeſo vobis praebet indicationem curatiuam titulus ſub quo exhibentur. Praeterea non ſimplex eſt, et difficillime vno intuitu intelligitur. Iam ſatis. — Differentia ſyſtematum facile apparebit lectori, nec decet iudicando temere illi anteuertere.

§. 5.

Difficultates quibus ſyſtema morborum aetiologicum obuolutum eſſe dicunt, et quam ob rem ad problemata altioris indaginis id relegant, quotidie medicum clinicum in labyrintho intricant, quem tamen plerumque ſaluum euadere videmus. Cur non eodem vtimnr filo ariadnaeo? Vt illi compendium laboris offeramus, vt memoriae ſuccuramus, docentibus ac diſcentibus laborem et ſtudium leuare cupimus. Nonne igitur eadem via Noſologos ingredi oportet, qua medicus clinicus? Cur iſte agmen morborum ad lectos aegrotorum alio modo adſpiciat, quam doctor in cathedra? Cur patho

Pathologus exanthema inſpiciens quaerit anxie, quae figura, anne macula vel puſtula? dum practici intereſt ſcire, anne bilis peccet, vel alia acrimonia? anne diaphoreſi opus, vel emetocatharſi? Medicum oportet ſcire morborum cauſas, et ſuperare obſtacula quae ambiunt disquiſitionem; curationis alia non datur via — et Noſologo inſuperabilia ſe opponunt haec impedimenta?

§. 6.

Paucis nunc liceat delineare quomodo in medendo morbis verſamur, praeprimis cauſam materialem inueſtigare operam damus; ſi inde lux non affertur, ſi nulla materia aliena apparet, inſpiciendus eſt ſtatus corporis, anne aliquid lateat in ſtructura, in habitu aptum gignere phaenomena obuia. Quo fonte etiam exhanſto, vltimum refugium eſt, ad remedia empirica et curam palliatiuam, quae indicatio noſtro ſcopo haudquaquam inſeruit. Vbi cauſa tranſitoria fuit, non magis digna attentione medi-

medici, phaenomena producuntur a functione corporis quadam turbata, ita bilis effusionem ira relinquit; vel originem debent, dispositioni corporis morbosae, sic odor suauis lilii candidi, lipothymias et conuulsiones excitat muliereulae hystericae.

§. 7.

Haec methodus medendi, nobis erit basis methodi ordinandi morbos. Prima classis continebit materias alienas, nec non effectus a causa transitoria relictos, qui morbi primarii euaserunt. Secunda classis amplectetur dispositiones morbosas congenitas vel acquisitas. Classis 1ma in duas vti iam monui sectiones dilabitur, 2da etiam duas subit diuisiones essentiales; a) comprehendit sequelas morbosque a nimio robore; b) quae originem ducunt a fibra laxa et debili. — Reliquae subdiuisiones infra considerandae veniunt. —

§. 8.

§. 8.

Febres, conuulſiones, tumores, excretionum perturbationes, atque inflammationes etc., ad ſymptomatum ordinem relegantur, quia ad curam radicalem haud maioris momenti ſunt, dolore digiti minimi, quia cauſa ſublata ſponte abeunt ſaltem plurimis in caſibus. Anne abſonum eſt, morbum appellare id alienum, quo ſublato ſanitas redit; cur morbum nuncupem id phaenomenon, quod tantum indigitat alienationem a ſtatu ſano. Sed perſaepe functiones corporis laeſae ſunt, qualitates viſibiles alienatae, et cauſa latet. — Vbi ne minima cauſae ſuſpicio, nulla indicatio curatiua, vbi omnia in tenebris, hic morbus practicium non ens; cui bono ſcire nomen morbi, cui mederi neſcis? Lux vero interfulgens ſtatim punctum ſtationis oſtendet medico, pro indicatione, quamuis vaga ſit, aget, et pro tempore nomen morbi, eiusque in ſyſtemate locus illum non fugiet. — Quo jure febris morbi nomen me-

meret, dum potius documentum virium eſt, quas natura concentrat et verſus inimicum annititur. Certum habemus remedium febri intermittenti, anne hac febre ſanata morbus ſublatus eſt? —

§. 9.

Perſaepe, vt aiunt, ſtatus corporis a ſano aberrat, nulla qualitate ſenſibili alienata, nulla functione laeſa, quis talem hominem, aegrum nuncupabit. Omnino phaenomenis externis egemus vt percipiamus alienationem a ſanitate, et cauſam perturbantem — ſed inde non ſequitur phaenomena morbum conſtituere, nobis ſaltem ratio non liquet, dum ſigna, ſymptomata, ſequelae atque effectus cauſae morbificae ſunt. Nonne ridiculum eſſet praedicere de ſceleſto in patibulo ſuſpenſo, quod hoc fuiſſet crimen, non furtum, quia nemo criminis illum reum putaſſet, niſi poenas dediſſet. Venia ſit ſimili. — Diſpoſitio tamen eſt morboſa, quae in prouinciam

me-

medici cadit, ſimulac ita augetur, vt mole, vel ſumma irritationis laederet functiones, vel dum cauſa alia morbifica, excitans corpus adit, morbum latentem ſtimulo ſuo in lucem profert, vel alio accedente morbo. Quinam ſit caſus, patet morbum initio latentem ſemper eundem eſſe ac poſtea.

§. 10.

Interdum functionum laeſio manifeſte in ſenſus occurrere poteſt, ne minima corporis interni a ſtatu naturali detecta deflectione, vti affirmant. Quid vero in terris euenit absque cauſa efficiente? et illius nullum appareret veſtigium, nec in ſtatu corporis, nec foris? Quantae eſſent tum tenebrae, in quibus verſaretur medicus! Functiones laeſae nullam praebere poſſent indicationem curatiuam; nam omnia medicamina empirica ſic dicta, ſpectant ad aliquem corporis ſtatum, ſic narcotica irritabilitatem obtundunt, neruina torpori medentur, ſic leuiſſimum indicans e phaeno-

me-

menis, indigitaret deflectionem a ſtatu naturali. Denique nullum ſyſtema nos ab hoc errore tueri valet. Summam rei certi ignoras, ſi neſcis mederi malo, et tunc iuxta aeſtimandum credo, dicasne, te ignorare cauſam morbi, licet te non fugiat nomen, vel morbum tibi eſſe ignotum, quamuis videas ſymptomata. Vbi medicus, quid agat, videt, ibi a ſyſtemate non relictum fore, mihi perſuaſum habeo.

§. 11.

Ill. Zimmermannvs 1) dimicat etiam ſyſtema aetiologicum. Dubito quin eius vituperatio ad me et methodum attineat, quia ego ſyſtemati non ſuperſtruo methodum medendi, ſed medela mihi praeſcribit

1) l. c. pag. 145. *Man nimmt zum gröſsten Nachtheil der Kranken, die erſten Begriffe einer Krankheit, aus ihrem innern und unſichtbaren Weſen. Zum Eckel wird von dicken, geſalzenen und verdorbnen Blute geſprochen, ohne daſs man den geringſten Beweis darüber führen könnte.*

bit leges ordinandi morbos. Quid ſi cauſae fictitiae medela quoque falſa erit, ideas de morbo deſumas e natura interna, vel e phaenomenis externis. Ne minimae vtilitatis eſt, malum ab initio vsque ad exitum deſcriptum habere, nullo neglecto ſymptomate, ignoranti cauſam. Pathologica, ſit venia verbo, raritate gaudet. Abſtineo a definitione morborum vt vitem hypotheſes. Intactae manent, cum malim morbos ad ſymptomatum ordinem relegare. Nobis morbi ſimpliciſſimi ſunt, nequeunt definiri, quia illorum natura nobis partim ignota. Haud egemus definitione, quia ad mali curam ne hilum confert.

Lubet adhuc attentionem lectoris adtrahere commodo meritoque ſyſtematis. Morborum tam multa habemus nomina, et ſub quaque voce quiuis diuerſam intelligit rem, pro hypotheſi quam cum malo iungit, ita, vt Zimmermanni iterum vtar verbis, hypochondriam adſcribit ille ſanguini ſtagnan-

nanti, in vaſis abdominis, alter infarctibus atrabilariis, alter tandem conſcientiae anxiae.

Ceterum complicatio morborum, modificationes a variis rebus, aeris viciſſitudines, et quae porro faciem mutant, errores inducunt, atque ingenium incaſſum ſaepe vexant, quaque via ingrediatur medicus, ſemper obſtant. Dubito quin magis illum exponant periculis, imo ſpero tironem minus auerti a ſcopo, certius tutiusque arrepturum indicationem veram; methodo examinandi hiſce principiis conſtructa, quaeret, quibus inſtrui oportet. In poſterum ſemper morbi mihi audient, qui aliis cauſae materiales — et qui aliis morbi, nuncupare auſim ſymptomata, effectus, interdum quoque ſigna.

§. 12.

Cauſae procatarcticae parum valent ad indicationem formandam, ſufficit effectus animaduertere, illisque mederi, interea multum conferunt ad diagnoſin mali, conſtitutionis corporis, eiusque diſpoſitionis morboſae

ſae — ſic refrigerium corporis iuuenilis, robuſti febrem acutam gignet — in corpore debili languido, dolores forſan rheumaticos — ſic hiſtoria cauſae occaſionalis, liceat eodem exemplo vti, refrigerii indigitat effectum, nempe tranſpirationem ſuppreſſam. Sic ab ira bilis effuſio, vel ſuppreſſio fluxus menſtrui originem ducit, et medici tantum eſt, bilem euacuare, fluxumque reſtituere.

§. 13.

Quo minus nos oportet mutare loca, vt totum habeamus regionis conſpectum, eo magis valemus diſtinctam inde formare ideam, et omnes receſſus, ac omnia memorabilia nobis repraeſentare. Aeque conuenit loca quaerere eminentiora, vt totam perluſtremus ſcientiae aream. Puncta ſtationis mihi erunt, vti iam monui, diſpoſitio corporis, et materia aliena. A materia oporteret inchoare diſſertatiunculam, praeprimis illam ad lectos aegrotorum inquirit medicus, vt eandem methodum obſeruemus.

Quum vero nonnullis tam peculiaris qualitas, tam leuis natura et volatilis, vt magis intersit effectuum quam materiae ipsius, cuius indolis miasma ipsum variolosum est, vbi medicus tantum modificationi, a corporis constitutione, et rebus externis pendenti medetur; ceteris natura prospicit, nobis spectatoris partes agentibus. Quum porro morbo sublato saepe remanet morbosi aliquid, a dispositione corporea iterum ortum trahens, ne anticipari eius sequelas coactus sim, delineando status morbosos opellam ingruere non haesitabo. Quoad symptomata, non singula adscribere morbis animus est, sed eorum collectionem vti plerumque simul obuenire obseruarunt, quaque voce insigniuerunt, sic non loquar de clauo nodoque hysterico, sed de passione hysterica generatim, ne quoque e systemate voces publici tam diu iuris, prorsus eliminare videar. —

§. 14.

§. 14.

Claſſis prima mihi continet diſpoſitionem corporis morboſam, prout ſtimulo foris accedente, his vel illis ſymptomatibus prona eſt. In duos dilabitur ordines, quos verbo *robur*, et *fibra laxa ac debili* inſignire lubet, ambis iam in therapia generali vſitatis. Sub hac ſectione tantum de illis ſermo erit ſymptomatibus, vel potius hac ratione conſideratis, qua non a materia producuntur, ſed diſpoſitioni corporis, et cauſae tranſitoriae ortum debent.

§. 15.

Primae claſſis, ordo primus, robur eſt, inſignis vigore omnium functionum, circulo ſanguinis viuido, vera plethora, omnes ſe- et excretiones iuſto more perficiuntur, homo imaginem ſanitatis prae ſe fert, ſimul ſecum portat fomitem morborum ſequentium atque ſymptomatum.

Nimia ſolidorum actio in fluida, nimis illa elaborat, diſſipat tenia aquoſa, vnde ſpiſſitudo humorum inflammatoria, ſiue melancholica atrabilaria, prout mea quidem opinione, irritabilitas nimia vel obtuſa corpori ineſt.

§. 16.

Genus primum Irritabilitas nimia.

Prima igitur ſpecies morborum, ſpiſſitudo inflammatoria, vti nomen iam indicat, comites habet omnia ſymptomata inflammatoria tam diuerſae ſedis, oriuntur inde.

Phrenitis — quamuis placet idea Stollii de bilioſa huius ſymptomatis origine, me non decet iudicium ferre, ſocius ſit inflammationibus genuinis.

Anginae variae,

Peripneumonia et pleuritis,

Hepatitis,

Diaphragmatitis? etc.

In-

Inflammationes ſubcutaneae et ſuperficiei corporis, vti interdum a conſenſu occurrunt, e. g. ab irritatione cereorum in vrethra, glandulae inguinales inflammantur.

Vulnera inflammata,

Vlcera inflammata,

Schol. Propterea vulnera et vlcera, morbo ſubiaceo, quia ſaepe inflammatio ſanationi obſtat methodumque medendi antiphlogiſticam poſtulat.

Indicationes curatiuae igitur ſunt, minue tonum, relaxa, refrigera, minuendo maſſam humorum circulantium.

2) Solùe ſpiſſitudinem, et coagulabilitatem ſanguinis auctam.

3) Irritabilitatem obtunde.

Schol. I. Theoriam Hewsonii de qualitate ſanguinis phlogiſtica iure praetereo, quia methodus medendi illi nondum accomodata eſt. —

Schol. II. Per ſe liquet, pro charactere inflammationum praedominante, vnam indicationem prae alteram vrgere; vel charactere manco, indicationem etiam abire, ſic nemo propinabit reſolventia, vbi inflammatio obſtat ſanationi vlceris.

Schol. III. Quamuis pro ordine naturali ſuppurationes ſequi debuiſſent inflammationes, leges ſyſtematis id vetabant. Quum ſanguis aliena qualitate imbutus eſt, abſceſſus ſeparare ab inflammationibus oportuit. De pure ſermo erit in ſectione de materiis alienis. —

§. 17.

Species IIda. *Siccitas* — genetrix ſpasmorum ingentis agminis.

e. g. *Paſſio hyſterica* 1).

Con-

1) POMME Eſſai ſur les affections vaporeuſes des deux ſexes.

Conuulſiones,
Dolores artuum,
Secretiones et excretiones perturbatae.

Schol. I. Ne lectoris fatigem patientiam, non omnia ſymptomata annumeraui, loca vacua facile repleri poſſunt, praeterea nequiui dicta ſuffulcire auctoritate, tempore deficiente, qua in ſingulis omnino indigui.

Character triplex tres ſecum ducit *indicationes curatiuas.* — Tonum fibrarum minue. — Obtunde irritabilitatem. Humecta.

§. 18.

Genus IIdum. *Spiſſitudo melancholica.* Aquae in ſanguine inopia, ſolida nimis actuoſa ſunt, et rigidiſſima. Abdomen inprimis ſtaſibus fauet, *infarctibus atrabilariis* 1), qui ſtagnando acres euadunt, et irritant.

1) Kaempf *Abhandlung einer neuen Methode. etc., pag. 19.*

Sequentia ſymptomata inde frequentiſſime obſeruata ſunt.

Mania et Melancholia.

Profluuia ſanguinis. Vomitus cruentus.

Profluuia mucoſa. Fluor albus.

Spaſmi. Tuſſis. Cardialgia.

Hydropes.

Secretiones turbatae inprimis vicinae bilis tranſpirationis cutaneae ſuppreſſio.

Exanthemata.

Ind. Tonum minue, relaxa, ſolue —

§. 19.

Gen. IIItium Plethora.

Species. Plethorae partiales, capitis, abdominis.

Symptomata Apoplexia.

Hydropes 2).

Ind. Deple. —

§. 20.

2) STOLL rat. medendi. T. III.

§. 20.

Ordo IIdus. *Fibra laxa ac debilis* cuius character.

Atonia, languor omnium functionum, solida vappida, sanguis haud elaboratus, aquosus, circulus sanguinis tardus, humores stagnant atque acres fiunt. Singulae partes prae aliis debilitate laborant, abdomen thoraxque congestionibus igitur atque plethorae fauent. Cacochymias et infarctus viscerum abdominalium gignit; nec absonum videtur, ex hoc fonte plures materias alienas deducere. —

§. 21.

Genus Imum. *Cacochymia putrida.*

Symptomata pendent a charactere praecipuo, a debilitate et crasi sanguinis penitus destructa. — e. g.

Haemorrhagiae narium, vterinae, haemoptyses etc.

Ecchymoses. —

Li-

Lipoſthymiae —

Euacuationes colliquatiuae diarrhoeae.

Proueniunt porro ab irritatione materiae acris.

Spaſmi -- *febris conuulſiones.*

Inflammationes, plerumque gangraeneſcentes.

Varietas. Acrimonia ſcorbutica. — *Virus peſtilentiale.*

Indicatio. Robora — corrige putredinem.

§. 22.

Genus IIdum. *Infarctus pituitoſi.*

Mole peccant, acrimoniae pituita haud prona videtur.

Symptomata. Hydropes forte tantum hydrops Aſcites.

Vitia digeſtionis et appetitus. — *Vermes.*

Schol.

Schol. Vermes ſub hoc genere etiam ad ſymptomata relegantur, infra morbus conſtituent. —

Conſumptiones quoque huc refero, cum ſemper fere illis eadem methodus medendi.— *Febris lenta neruoſa.* —

Tabes dorſalis - Atrophia.

Spaſmi — *Tuſſis conuulſiua.*

Indicatio. Solue robora.

Ind. Palliatiua. Diuretica, anthelmentica, antiſpasmodica. —

§. 23.

Gen. IIItium *Irritabilitas nimia.*

Symptomata. Totum ſpaſmorum agmen. Malum hypochondriacum et hyſteria.

Ind. roborans et antiſpaſmodica.

§. 24.

Genus IVtum. *Torpor.*

Sympt. Apoplexia.

Pa-

Paralyses et Adynamiae. —
Tetanus 1).
Ind. Robora, excita.

§. 25.

Gen. Vtum *Plethora.*
Species 1. *Pl. capitis.* —
— — 2. *Pl. thoracis.*
— — 3. *Pl. abdominalis.*
— — 4. *Pl. uterina.*
Sympt. Sopor, Apoplexia.
Haemoptysis.
Affectiones haemorrhoidales.
Fluxus menstruus nimius.
Ind. Deple, robora.

§. 26.

Gen. VItum *Acrimonia arthritica*

Quum permulti artis periti huic opinioni fauent, et inprimis arthritis atonica remedia huius indolis poscat, non haesitaui, materiae hunc locum adsignare.

De

1) Memoirs of the medical society at London. Vol. I.

De ſymptomatibus variis infra ſermo erit.

Ind. robans, diaphoretica.

§. 27.

Gen. VIImum *Acrimonia ſcrofuloſa.*

Triplex quo gaudet character, huic ſtatui morboſo iure hanc materiam ſubiicere videtur. Ne a legibus ſyſtematis aberrem, ab omni ratiotinatione abſtineo. Abſque reſpectu phaenomenorum, ad hunc claſſem illam refero, quia ſoluentia et roborantia proſunt. Ob acrimoniam, quamuis origo e debilitate, et ſtaſibus lymphae egregie explicari poſſet, ſub capite de materiis alienis, paullo fuſius de ſymptomatibus diſſeram.

§. 28.

Genus VIIIvum Materia rachitica.

Roborantia et ſoluentia proſunt.

Medela huic ordini adſignat rachitidem, ceterum vid. infra.

Schol. ad priorem et hanc claſſem infarctuum maxime remotas ſpecies

re-

retuli, gradus innumeri interiici queunt.

§. 29.

Classis IIda *Materiae morbificae*, quae partim pro natura ſpecifica, peculiaria gignunt ſymptomata, vti materia venerea; ſimul diſpoſitionem morboſam in morbum euehunt, vel ſymptomata a ſtatu morboſo modificationem patiuntur, ſic variolae inflammatoriae euadunt vel neruoſae, pro corpore robuſto ſiue debili quod virus adit. Denique ipſi humores corporis indolem alienam aſſumunt, ſi a materia aliqua vel a cauſa tranſitoria, organa ſe- et excretionis afficiuntur — Materia rheumatica in vias bilioſas delata icterum facit, ſeu acorem primarum viarum, ſimilia ſymptomata a terrore generantur. Dein ad hunc ordinem refero excretiones praeter naturam auctas, quibus corpus iam ſuetum erat, ſubito et temere ſuppreſſas, qui humores naturales, nunc ſtimuli alieni inſtar corpus afficiuntur-

fici-

ficiunt. Sic fluor albus benignus et gonorrhoea benigna longaeua, non semper impune supprimitur — similes et periculi plenas habet sequelas repulsio materiarum exanthematicarum, temere et sine respectu morbi, cuius symptomata sunt, suscepta.

§. 30.

Ordo Imus. *Materiae alienae*, quae non generantur in corpore, sed foris adueniunt, atque specifice corpus afficiunt, a cuius dispositione interdum mutantur symptomata, nec non stimuli instar morbum latentem in lucem proferunt, et sic phaenomena mixta edunt. — Dein de illis acrimoniis sermo erit, quae nonnullis a peculiari dispositione, et conditione corporis oriri videntur, vbi pauca iam profatus sum; ab aliis vero peculiari qualitate praeditae considerantur: quum adhuc sub iudice lis est, rem decernere, ad me non pertinet; ne praeterea miasmatum clientibus displicerem, verebar.

§. 31.

Genus Imum. *Materia venerea.* Rudioris indolis eſt miaſmatibus, ſolo enim contactu immediato communicatur corpori, et quidem nonniſi partibus tenerrima epidermide tectis, ſiue prorſus illa denudatis. Praeprimis genitalibus, faucibus et cuti infeſta, in adultiore morbi gradu, veneno iam reſorpto proteiformis euadit, variaque ſymptomata edit, magis tum prona eſt oſſibus.

Symptomata.

Spaſmi, *febres* varii typi, plerumque intermittentes. Epilepſia.

Adynamiae. Paralyſes. Amauroſis.

Inflammationes. Ophtalmia ſic dicta chronica, tuberculorum pulmonalium, et ex hoc fonte *phtiſes.* Glandularum, *Bubones.*

Profluuia mucoſa. Gonorrhoea fluor albus, Phtiſis pituitoſa..

Vitia fluxus menſtrui imprimis obſtructio.

Ex-

Exanthemata nonnulla. Herpes, Scabies.

Vlcera, puſtulae.

Tumores cyſtici, albi?

Tumores aquei. Hydrops anaſarca, aſcites, pectoris, hydrocele, hydrops medullae ſpinalis, et hydrocephalus 1)?

Symptomata thoracis. Tuſſis, Aſthma.

Oſſium affectiones. Dolores oſteocopi, Caries, Intumeſcentiae. Tophi etc.

Dolores artuum, pſeudo rheumatici.

Acrimonia ſcrofuloſa et rachitica, nonnullis huius labis etiam videtur eſſe proles.

Polypi.

Ind. Antidotum ſpecificum. Mercurius. Reliquis proſpicit medicus ſecundum leges artis, pro complicatione, et ſtatu corporis.

1) Ill. MVRRAY in diſſertatione de ſpina bifida.

§. 32.

Genus IIdum *Miasma variolosum.* Praetereo signa pathognomonica, et peculiarem eius indolem, quae minus ad scopum pertinent; quando haud alienum esset morbum delineare, superaret Beneuoli lectoris perseuerantiam, nisi me iam deseruerit peregrinantem per regiones tam notas, licet viam minus calcatam, et ni fallor minus scabram, illi ostendere nauarem. — Irritat, spasmos excitat, dein inflammatiunculas cutaneas, quae in suppurationem transeunt; febris his stadiis et pustularum exsiccationi comes est.

Medela minus spectat ad morbum ipsum, quam ad sequelas, dispositionem corporis, et complicationem cum aliis morbis: reliquis natura prospicit. —

§. 33.

Genus IIIum. *Miasma catarrhale* 1) quod nuper nobis intrusit influenza, praeterea innoxium est, nec methodum medendi mutat. Membranae Schneiderianae, vbicunque se diffuderit, infesta.

Symptomata. Coryza, Grauedo, Tussis,

Inflammationes — Pulmonum et dispositiones phtisicae 2). Ophtalmiae. —

Impetus frequentes debilitant partem, et dispositionem catarrhosam relinquunt.

Vias biliosas afficit et bilim effundit, vnde inflammatio subcutanea. Erysipelas oritur, quod aeque, ac omne symptoma, cum bile complicatum, emetocatharsin vult, charactere bilioso abolito, indicatio diaphoretica redit, quae huic miasmati conuenit.

 §. 34.

1) Weickard *vermischte Schriften. B. II.*

2) Tissot auis au peuple Vol. I.

§. 34.

Genus IVtum. *Miasma morbillosum.* Priori peraffine, symptomatibus catarrhosis se prodit, aetati infantili fauet. Rarissimi sunt qui eo semel tantum in vita non corripiantur, nec deinceps qui semel illis laborauit, se in posterum immunem fore credat. Contagium in aere latitare, eiusque ope propagari videtur. Peculiari eruptione cutanea insigne, acre est, et fere causticum, grauiter afficit partes quibus insidet, inprimis oculis et pulmonibus perniciosum, ab eorum inuasione saepe deducitur phtiseos initium. Aegre retropulsionem fert, frequens inflammationum internarum et spasmorum fons. —

Haud raro systema biliosum afficit.
Ind. Diaphoretica.

§. 35.

Gen. Vtum. *Miasma scarlatinum.* Artis periti de eius indoli adhuc discrepant. STOLLIVS ita prolocutus est. Biliosae originis est et emetocatharsin vult. BVRSERIVS 1) miasma peculiare suspicatur. HAVNIENSIVM 2) medici id sub miasmatum ordine militare affirmant. Ne iudicium ferre viderer, qua symptoma ad systematis biliosi vitia id referre decreui — ad hanc quoque classem, vt morbum primarium.

Symptomata spasticae indolis sunt.

Ind. Euacuatio primarum viarum, et diaphoresis. Hydrops cui morbus ita pronus in stadio desquammationis tantum a sensibilitate cutis pendet, quae praesidio orbata est, epidermide.

1) Institutiones medicinae practicae T. II.

2) Acta HAVNIENSIA Tom. II.

§. 36.

Gen. VItum Iam ſatis de miaſmatibus, tamen ſupereſt, vt de miaſmate peſtilentiali verba faciam, quamuis iam ad varietates cacochymiae putridae relegaui, quam omnia phaenomena produnt.

Symptomata, ſpaſticae ſunt indolis.

Inflammationes gangraeneſcentes.

§. 37.

Gen. VIImum *Materia rheumatica et arthritica.* Nil effari de diſcrimine acrimoniarum re tam exhauſta, animus eſt; ſimilia edunt ſymptomata, et propterea ſimul Illas conſiderare liceat. —

Inflammationes variae, analogae genuinis, — articulorum.

Spaſmi.

Adynamiae et paralyſes.

Profluuia mucoſa. Dyſenteria. Fluor albus. Gonorrhoea. Phtiſis pituitoſa.

Tu-

Tumores aquei.

Dolores artuum.

Tumores cystici et albi.

Vitia fluxus menstrui.

Symptomata thoracis. Asthma, Tussis -- Angina Pectoris.

Polypi.

§. 38.

Gen. VIIIvum *Materia scrofulosa.*

Symptomata, obstructionis, irritationis et debilitatis.

Tubercula pulmonum, eorundem inflammatio.

Paralyses.

Atrophiae.

Inflammationes, (Ophthalmia) chronicae.

§. 39.

Gen. IXnum *Materia scorbutica.*

Symptomata. Inflammationes.

Spaſmi.

Dolores.

Vlcera.

Exanthemata.

§. 40.

Gen. Xmum *Eruptio cutanea ſuppreſſa.*

Materia ſcabioſa, tineae capitis, herpetica etc.

Morbi primari euadunt, ſi temere absque reſpectu morbi ſanantur et repelluntur.

Symptomatum ſeries inde naſcitur, cur repetam non video, omnia gignere valent, quibus aliae materiae genetrices ſunt, inprimis *Spaſmos,*

Inflammationes,

Paralyſes, etc.

Huc referre libet, materiam vlceris vetuſti temere ſanati.

Ind. Reductio ad ſedem antiquam relictam.

§. 41.

Gen. XImum *Vermes.*

Species Taenia.

Lumbrici.

Afcarides etc.

Symptomatum iterum legio.

Spafmi.

Profluuia mocofa, haemorrhoides albae, fluor albus.

Paralyfes. Amaurofis.

Se- et excretionum perturbationes.

Ind Anthelmintica.

§. 42.

Gen. XIImum *Venena.*

Symtomata innumera et diuerfa excitant, pro indole fpecifica et parte cui applicantur.

Spafmi. — Colica faturnina.

Inflammationes.

Morfus canis rabidi hydrophobiam facit. —

Aeque

Aeque varia medela.

Ind. ſemper, elimina virus e corpore, ſeu inuolue, enerva. —

§. 43.

Gen. XIIImum *Ventriculi nimia repletio.*

Morbus, diagnoſis et cura ſimpliciſſima.

§. 44.

Gen. XIVmum *Calculus.*

Species. a. C. fellei.

— b. C. renum.

— c. C. ſaliuales. Tartarus dentium.

Symptomata. *Inflammationes* renum et veſicae vrinariae et exulceratio.

Inflammatio veſicae felleae.

Colica.

Spaſmi, Icterus.

Ind. ſolue! et e corpore expelle.

§. 45.

§. 45.

Gen. XVmum *Irritamenta mechanica varia.*

Feſtuculae oſſeae, ligneae, vitreae etc.

Corpora aliena in vulneribus relicta.

Exoſtoſes. Callus oſſeus. — Polypi.

Symptomata. Inflammationes.

Spaſmi, Epilepſia.

Haemorrhagiae.

Ind. Corpora aliena amouenda —

§. 46.

Ordo ſecundus. Vitia excretorum comprehendit atque ſecretorum, ſaepe ſymptomata morborum, vti iam monui; in hac quidem ſectione qua morbi primarii conſiderantur, ſeu potius effectus et ſequelae cauſae tranſitoriae, quam medicus non curat, niſi quod ſignum eſt alienationis a ſtatu ſano, et morbum indigitat. Sic phaenomena abira

ab ira orta, ſuſpicionem effuſionis biliosae excitant.

Accedunt quoque huic ordini humorum vitia et corruptelae, quae partim a dispoſitionibus morboſis, ſupra deſcriptis, deduci nequeunt, certe illis deſtinatam non poſcunt medelam; partim tanquam morbi abſque reſpectu cauſae perpenduntur — cacochymia nempe purulenta, atque haemorrhagiae. —

§. 47.

Genus Imum. *Bilis.*

Excretiones ac ſecretiones, augentur vel minuuntur, prorſus ſupprimuntur et corrumpuntur.

Species Ima. *Bilis ſecretio aucta*, plerumque cum effuſſione, quae ob acrem indolem non leuis momenti, aegre fertur a partibus vicinis tam irritabilibus, quibus iuſto copioſius affluit.

Spaſmi inde oriuntur, febres cholera etc.

In-

Inflammationes variae ſedis.

Dolores artuum.

Haemorrhagiae.

Profluuia mucoſa.

Exanthemata diuerſae faciei. etc. Vrtica, Eſſera.

Ind. Bilis emetocatharſi quamprimum eliminanda.

Canon practicus videtur, in quocunque morbo bilim participem praeprimis euacuare.

Species IIda. *Secretio minuta et ſuppreſſa.*

Problematica forſan eſt. — Directe ſyſtema concoctionis afficit, dum ingeſtis menſtruum, et inteſtinis irritamentum deeſt; vbi longaeua omnino corpus ſternit, cuius vigor, ab integritate huius functionis maximam partem pendet.

Ind. irritantibus bilis allicienda, nullo morbo ſuppoſito.

Spe-

Species IIItia. *Bilis corrupta*, acida.
Symptomata. Soda.
Spaſmi. Infantum conuulſiones.
Ind. Abſorbentibus acor eneruandus.

§. 48.

Gen. IIdum. *Secretio inteſtinalis*, comes et vt ita dicam antagoniſta tranſpirationis cutaneae, quae inuicem ſe ſuppeditant. Succum pancreaticum omnesque humores huc refero, vnde canalis inteſtinalis humectatur.

Species. *Colluuies inteſtinalis.*
Symptomata. Febres gaſtricae.
Ind. Emeto catharſis.

§. 49.

Gen. IIItium. *Adipis Vitia.*
Sp. Polyſarcia. Adipis accumulatio 1).
Inopia adipis, emaciatio.

Gen.

1) CVLLEN firſt lines of practice Vol. IV.

Gen. IVtum. *Liquoris genitalis vitia.*

Spec. I. *Excretio ſeminis nimia.*

Symptomata debilitatis.

Tabes dorſalis.

Hyſteria et Spaſmi varii, febris lenta neruoſa.

Species IIda. *Retentio.*

Symptomata. Spaſmi.

Mania 2).

Sp. IIItia. *Corruptio* 3)?

Symptomata. Arthritis et Podagra.

§. 50.

Gen. *V*tum *Secretionis lacteae vitia.*

Ab

2) AVENBRVGGER de remedio ſpecifico ſub ſigno ſpecifico in mania virorum.

3) PIETSCH *vom Podagra.*

Ab retentione artificiali, inflammationes nascuntur mammarum, metastases lacteae, quibus nonnulli febrem puerperarum adscribunt.

Ab excretione nimia. Tabes nutricum, Hysteria etc. originem ducunt. —

§. 51.

Gen. VItum *Transpiratio cutanea*, tam insignis momenti ad valetudinem, retenta omnibus morbis periculi addit, et restituta tantum emolumenti et leuaminis adfert.

Sp. I. *Sudores nimii* qui cum humoribus excrementitiis, succos nueritioni aptos secum rapiunt et ita debilitant.

Symptomata debilitatis, febres hecticae.
Tabes.
Spasmi.

Sp. IIda *Materia perspirabilis retenta.*

Sym-

Symptomata. Atrophia. Exanthemata. Herpes.

Sp. IIItia. *Tranſpiratio ſuppreſſa.*

Symptomata, indolis acutae.

Inflammationes, *Peripneumoniae*, Phtiſeos ſaepe fons. —

Spaſmi, *Conuulſiones.*

Dolores rheumatici.

Perturbationes ſecretionum; ab affectione viarum bilioſarum, eryſipelas.

§. 52.

Gen. VIImum. *Vrinae vitia*

Sp. Ima. *Nimia excretio.* *Diabetes* — debilitat.

Sp. IIda. *Secretio minuta*, malorum ſaepe fons ignotus.

Hydropum, Oedematis.

Vlcerum.

Sp. IIItia. *Retentio.*

Inflammatio vesicae vrinariae.

Resorptio in sanguen, et febris putrida.

Metastases in cerebrum, vnde apoplexia —

in pulmones, vnde eorum inflammatio etc. 1).

§. 53.

Gen. VIIIvum. Saliuae vitia.

Sp. Ima. *Nimia excretio* corpus succis priuat digestioni inseruientibus, et debilitat.

Ta-

1) Lentin *Beobachtungen.*

Tabes dorſalis.

Sp. IIda. *Suppreſſio ſaliuationis.*

Tumultum ingentem et ſpaſmos inde obſeruarunt 1).

§. 54.

Gen. IXnum. *Mucus.*

Sp. Ima. *Euacuationes nimiae.* Phtiſis pituitoſa hoemorrhoides albae, dyſenteria et fluor albus emaciant et conſumunt corpus — Inteſtina muco orbantur, vnde ab iniuriis defenduntur — nimis irritabilia fiunt, en *Lienteriam.*

Sp. IIda. *Suppreſſio profluuiorum mucoſorum.*

1) Medical obſervations and inquiries. Vol. III. pag. 241.

Gonorrhoeam benignam, et fluorem album non ſemper impune ſtipari neminem fugit, vbi natura illis iam conſueuerat.

§. 55.

Gen. Xmum. *Excretio aluina.*

Sp. Ima. *Diarrhoea.*

Symptomata. Debilitas cum toto agmine ſequelarum.

Sp. IIda. *Obſtructio alui*, vberrima genetrix legionis phaenomenorum; per conſenſum alias ſe- et excretiones turbat et mentem afficit. —

Sympt. *Spaſmi* — *Ileus* ſ. *Miſerere* etc.

§. 56.

Gen. XImum. *Cacochymia purulenta.*

Sequela eſt inflammationis. Prima guttula puris methodum medendi mutat. Antiphlogiſtica corpus priuaret viribus neceſſariis

riis ad puris generationem, quae penitus et vnice a natura pendet. Medicus tantum obſtacula amouet, liberum effluxum promouet, et ſanationem abſceſſus iterum naturae tradens, impedimenta profligare conatur, atque pus e corpore eliminare.

Symptomata pro copia puris diuerſa ſunt.

Initio febricula.

Vltimo ſtadio, euacuationes colliquativae.

Species. Phtiſes omnes, et varii pro ſede abſceſſus.

§. 57.

Gen. XIImum *Haemorrhagiae.*

De qualitate vitiata humorum circulantium iam ſermo fuit. Supereſt vt pauca proferam de iactura ſanguinis, quam ſexus ſequior pro lege naturae patitur, et de haemorrhagiis ſpeciatim

Var. a. Fluxus catamenialis vitia, fere omnium morborum, de quibus ſupra mentionem feci, aliquando ſymptomata; agmen producit ſymptomatum grauiſſimorum, turbatus

caufa aliqua tranfitoria, pathemate e. g. animi. Ipfa menfium perturbatio, quamuis fequela alius morbi, iterum innumera gignere phaenomena valet.

Species I^ma *fluxus menfium incipiens.*

Sympt. fpafticae plerumque indolis — molimina audiunt.

Sp. II^da *Fl. menfium ceffans.*

Sympt. Congeftiones in partem debiliorem.

Sp. III^tia *Fl. nimius* —

Sympt. Debilitas.

Sp. IV^ta. *Fl. menftruus fuppreffus.*

Sympt. Moleftiae variae acutae vel chronicae indolis.

Dolor capitis. Vertigo.

Inflammationes.

Tuffis.

Afthma.

Spafmi varii. Epilepfia. Hyfteria.

Mania et Melancholia.

Apepfia.

Apepsia.

Hydropes.

Var. b. *Fluxus Lochialis.*

Sp. Ima. *Lochiorrhoea*

Sympt. *Debilitas.*

Hysteria.

Sp. 2da. *Suppressio fluxus lochialis.*

Sympt. *Congestiones.*

Spasmi.

Inflammationes,

Var. c. *Fluxus haemorrhoidalis.*

Sp. 1. *Molimina.*

2. *Haemorrhoides nimiae.*

3. *Obstructio et Suppressio.*

Sympt. varia sunt atque analoga supra descriptis, morbis tam similibus. —

Reliquae haemorrhagiae, partim phaenomena gignunt exinantionis, partim plethorae

rae atque congeſtionum — prout nimis largae ſunt, vel ſupprimuntur. Illas nominaſſe ſufficit.

Var. d. Haemorrhagia narium.

e. *Haemoptyſis.*

f. *Vomitus cruentus.*

g. *Morbus niger.*

h. *Haemorrhagiae vteri.*

§. 58.

Schema expoſitum, quamuis vitiis obrutum eſt, damna atque commoda ſyſtematis offeret Lectori Beneuolo. Completum id exhibere non erat animus. Morbos omiſero, ſymptomata praeterii. Omiſſa dictis facile accommodari queunt. Nolui vndique congerere ſymptomata — taeduit iniqui, atque ingrati laboris. Lector mihi gratias habebit; cuius patientiam ne fatigarem, timui.

THESES.

Theſes.

I.

Plures materiae morboſae in corpore ſimul exſiſtere, et effectus praeſtare poſſunt.

II.

Non datur venenum cancroſum ſpecificum.

III.

Quo minus cerebrum reagat, eo maior reproductio.

IV.

Tramites multos adeſſe puto, quorum ope partes corporis humani inter ſe communicant, ignotos anatomiae.

V.

Morbos laruatos venereos exſiſtere contendo.

VI.

Abuſu reſoluentium ſordes perſaepe generantur.

VII.

Corotrophea quamplurimum detrimento ſunt reipublicae.

VIII.

VIII.

Febris vulneribus accedens vix vnquam pure inflammatoria est.

IX.

Causa morborum periodicorum plurimum in hypochondriis latet.

X.

Differentia temperamentorum, non in fluidis, sed in solidis et praecipue in irritabilitate quaerenda est.

XI.

Infanticidium optime praecauetur, imminuendo grauiditatis illegalis ignominiam.

XII.

Educatio liberorum sub inspectione particulari Politiae medicae esse oportet.

XIII.

Abscessus partium glandulosarum non aperiantur, nisi omni duritie mollita. —

XIV.

Pus in ipso inflammationis sede generatur.

7

DISSERTATIO INAVGVRALIS
MEDICA

EXHIBENS

NOXAS EX INCAVTO VASORVM AENEORVM VSV PROFLVENTES, EXEMPLIS ATQVE EXPERIMENTIS QVIBVSDAM ILLVSTATAS

QVAM
ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS
CONSENSV
PRO
OBTINENDIS SVMMIS
IN
MEDICINA ET CHIRVRGIA
HONORIBVS

ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT

AVCTOR
CHRISTOPH. FR. GVIL. BVSCH
LVNEBVRGENSIS

DIE XXIX. DECEMBR. MDCCXC.

GOTTINGAE
APVD IOANN. CHRIST. DIETERICH.

VIRO ILLVSTRI

ATQVE

EXCELLENTISSIMO

IOANNI FRIDERICO GMELIN

MAGNAE BRITANNIAE REGIS CONSILIARIO AVLICO, PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORI, HVIVS ET CHEM. IN ACAD. GEORG. AVGVSTA, PROF. P. O. ACAD. CAESAR. NATVR. CVRIOS. ET ELECT. MOGVNTIN. ERFORDENS. NEC NON SOCIET. REG. SCIENT. GOTTING. PHYSIC. TYGVRIN. ET METALLICAE SODALI

PRAECEPTORI AC FAVTORI

DEVOTA ET PIA MENTE VENERANDO

NEC NON

PATRI OPTIMO

GEORG. IVST. GVIL.
BVSCH

PHARMACOPOEO BLECKEDAE,
OPPIDVLO DVCATVS LVNEBVRGENSIS

OMNI, QVA FILIVM DECET, PIETATE COLENDO

HASCE STVDIORVM ACADEMICORVM

PRIMITIAS CONSECRAT

AVCTOR.

§. I.

Praefatio.

Inter ſex res non naturales, alimenta, quorum ſolo beneficio praeter aerem, quem ſpiramus, vitam ſuſtinemus, prae omnibus aliis diligentiſſima medicorum cura digna eſſe, neminem negaturum eſſe, ſuſpicor. Etenim ſi tantam morborum cohortem ex illorum praua indole, abuſu, aut neglecta, incongruaque parandi ac conſeruandi ratione enatam conſideramus, facile nobis perſuaſum habebimus, perquam neceſſarium ac primarium medentis et mortalium ſanitati proſpicientis officium eſſe, in illa inquirendi, an corporis bonae valetudini conueniant nec ne? Quocirca, ſi quae detrimentum adferunt, de eorum vſu vt abſtineatur, admonebit multa alias exoriunda mala ſic auerſurus. Praeter ſelectum alimentorum ratione qualitatis et quantitatis factum, potiſſimum ad vaſa, quibus ad ea vel paranda vel ſeruanda vtimur, reſpiciamus, neceſſe eſt; quae, ſi eorum indolem peruertunt, atque ita plurimum ſanitati mortalium nocent, ſepo-

 nenda

nenda neque ad vſum aliquem adhibenda ſunt. Inter vaſa coquinaria ea praeſertim ex cupro et aurichalco facta, longo ab hinc tempore ſuſpecta fuere: iam enim PLINIVS vaſorum cupreorum obductionem ſtanno ſuaſit *a*), „STANNVM, dicens, *illitum aereis vaſis ſaporem facit gratiorem et virus aeruginis compeſcit.*„ Praeter hunc vero et multi alii viri magni nominis et fide digniſſimi eorum vſum aut caute fieri aut omnino tolli voluerunt. Cui quidem ſententiae, conſideratis illis caſibus calamitoſis, vt in veterum ita et in recentiorum ſcriptis paſſim commemoratis tanto certius aſſentiemur. Quorum vſus incautus, etiamſi, quemadmodum alio loco vberius tradetur, tam pernicioſus interdum fuerit, vt plurimis hominibus atque familiis adeo integris mortem contraxerit, viri tamen eruditi fuerunt, qui noxiam vaſorum cupreorum vim atque effectum omnino negarent, vt v. c. Cel. ELLERVS *b*), ANDR. HARNISCH *c*) Gerae quondam artem medicam exercens. Sed ſi experimentis a Cel.

FAL-

a) Ei. Hiſtor. natural. Lib. XXXIV. Cap. 17.

b) Hiſtoire de l'acad. royale des ſcienc. et bell. lettres de Berlin. Ann. MDCCLIV. p. 1 etc.

c) Ei. *phyſiſche Gedanken worin erwieſen worden, daß die kupfer. Geſchirre in der Haushaltung nicht ſo ſchädlich ſind als eiſerne.*

Falconero d), Thieryo e), et Huebero f) factis fidem habere velimus, illos opinione forte praeiudicata captos aut non ea, qua opus est, dexteritate et diligentia obseruationes et tentamina fecisse suspicamur. Quare medicorum opiniones plane sibi contrarias cum deprehenderim, haud superuacaneum fore putaui, eorum experimenta repetere aliaque noua capere, vt exquirerem, quaenam variorum vulgaris et inter omnes homines maxime communis vsus alimentorum esset vis ad particulas cupreas ex vasis extrahendas. Hisce experimentis atque inde diductis consectariis de natura et effectibus cupri tam salutaribus quam noxiis quaedam praemisi atque breuiter exposui de malis quibusdam euentibus ex alimentorum, in vasis aeneis vel paratorum vel seruatorum vsu ortis.

§. II.

De cupri natura atqut indole.

Totam cupri historiam hic tradere velle, a proposito meo plane alienum foret; ita-

d) Cf. Falconer Obferv. and esperiments on the poison of copper. London 1724.

e) F. Thiery Queft. med. an ab omni re cibaria vasa aenea prorsus ableganda? Parisiis 1749.

f) Huebcr diss. de aenea culinaria supplectile. Argent, 1766.

que pauca tantummodo de eius indole atque natura praemittere ſufficere putaui; plura enim qui volet, adeat libros chemicos, hac de re vberius exponentes.

Cuprum, Venus, Aes, appellatur metallum illud imperfectum ductile etc. etc. quod odore praeditum eſt peculiari et ingrato, qui, pinguedine obductum ſi validius fricaueris, quam maxime percipitur, ſapore nauſeoſo, ſubauſtero, amaro, grauitateque ſpecifica ratione aquae *g*) 8876 : 1000. Tam nudum forma cryſtallina vel granulata, aut in aquis vitriolicis ſolutum ferroque praecipitatum, quam calcinatum v. c. Caeruleum mont. Viride montan. cet. et mineraliſatum cum ſulphure, ferro arſenico etc. variis in locis e terra effoditur. Ab omnibus fere liquidis ſoluitur, atque ideo meretrix metallorum vocatur; namque et blandiſſima menſtrua vt *h*) aqua, lac, olea, mucilagines etc. illud arrodunt, id quod ſalina omnis generis, breuiori iam tempo-

g) Ill. I. F. Gmelini (Praeceptoris pie colendi) *Grundriß der Mineralogie*. p. 482. §. 704.

h) Hveber l. c. p. 11. Acad. c. Leop. n. c. Eph. Cent. I. Ep. 58. Obſ. XIII. vbi Mavchart ita loquitur: „Cuprum facile in aeruginem conuertitur, quod viride aeris vocatur, vt, quamuis minimae aquae portio, quae ipſi adhaereat, breui tempore ſaporem illum contrahat.„

temporis ſpatio efficiunt. Quin et ab aere praeſertim humido aut multis particulis ſalinis referto, ſi per aliquod tempus illi expoſitum fuerit, in calcem. quam aeruginem vocant, conuertitur. Caloris gradu 1450 thermometri Fahrenheitiani, ſiquidem ſcala tantopere elongata proſtaret, teſte Cl. MORTIMER i) liquatur, igneque aucto in calcem rubram, aes vſtum ſic dictum, mutatur. Ex ſolutionibus ope terrae calcareae vel ſalium alcalinorum et fixorum et volatilium forma calcis viridis vel cyanei deiicitur, nec non ope ferri politi et zinci facie metallica. Cum metallis et ſemimetallis facile connubium init. Partes eius conſtituentes quod attinet, vt in omnibus metallis ad phlogiſton et terram peculiarem, ex ſententia Cl. WENZELII k) talco ſimilem reducuntur; de remotis autem, plane adhuc latentibus, nil certi dicendum eſt.

Iam tranſeo ad virium et effectuum cupri expoſitionem.

 §. III.

i) Philoſ. Transact. Vol. XLIV. in App.

k) Ei. *chemiſche Verſuche die Metalle vermittelſt der Reverberation in ihre Beſtandtheile zu zerlegen. S. in den Abhandlungen, die von der Däniſch. Geſellſch. den Preis erhalten haben. Kopenhagen 1781. 1 Saml. S. 96 u. f.*

§. III.

Vires et effectus cupri.

Aes quaecunque forma falina, dum cum acidis aut alcalinis, quorum acrimoniam auget, coniunctum eft, vim corrofiuam caufticam virulentam habere, omnesque effectus, qui venena ex acrium regni mineralis claffe infequi folent, citius feriusue in corpore humano producere, a primae medicinae aeuo, in libris de medicaminum vfu agentibus paffim affirmatum legimus. Namque inter veteres iam HIPPOCRATES, GALENVS, DIOSCORIDES, AVICENNA, CELSVS et alii id non ignorarunt; qua re hoc metallum eiusque praeparata ad folum vfum externum in morbis fanandis commendarunt. Quod magis virorum omni fide digniffimorum obferuationibus confirmatum eft, in quibus diriffimi ac funeftiffimi effectus ex incauto vfu, fiue extrinfecus fiue intus facto, orti diligenter enarrantur. Vis autem illa praecipue virulenta in organis digeftioni inferuientibus fe exferit, vbi irritando euacuationes enormes furfum vel deorfum procreat, cum atrociffimis doloribus circa regionem cardiacam per totum tubum inteftinorum, qui, dum maior cupri copia ingefta eft, ne efficaciffimis quidem remediis cedunt, in inflammationem potius,

tius, ſphacelum et mortem ipſam abeunt. Sentitur nempe, quemadmodum ab obſervatoribus commemoratum eſt, ſtatim poſt cupri aſſumtionem ſapor aeruginoſus, ariditas linguae et faucium, nauſea intolerabilis cum anxietate ſumma in praecordiis; oriuntur vomitus vel inanes vel veri atque enormes, dolores colici praeſertim regionem vmbilicalem occupantes; aluus liquida vel obſtructa redditur, vrina vel ſupprimitur vel promouetur, ſaepe circuitu humorum retardato et pulſu debili ac paruo ſpiritus difficulter trahitur; color faciei eſt pallidus totumque corpus languidum. Quodſi maiori adhuc copia ingeſtum eſt, oriuntur cephalalgiae, vertigines, conuulſiones et ſpaſmi omnis generis, phrenitis, mania, paralyſis, apoplexia, inflammatio et ventriculi et inteſtinorum in gangraenam abiens tandemque tragoedia flebilis morte finitur. Nec ſemper tamen ſymptomata tam acuta et periculoſa, ſed ſaepe ratione occulta, ni fallor, ſenſim ſenſimque multifaria mala, quae ſecundae valetudini obſtant, et ita breuiori longioriue tempore mortem accelerant, ortum trahere queunt. Inter quae referenda eſſe, arbitror, omnia incommoda, quae ex laeſione primarum viarum oriuntur e. g. laxitas ventriculi, digeſtio alimen-

torum deprauata *l*) obſtructiones glandular. et viſcer. addominalium *m*), exanthemata *n*) mala corporis nutritio, quae in tabeſcentiam *o*) interdum tranſit e. ſ. p.

Inter omnia autem ſymptomata, haec modo prolata, cuprum per os ingeſtum inſequuntur; attamen, quod quidem rarius fit, ſi extrinſecus cuti ſiue integrae ſiue laeſae applicitur, et ita per vaſa lymphatica reſorbetur, nociuos et, vt experientia docuit, lethales effectus edere poteſt. *Miſſa* caſum quendam in Recueil periodique d' obſerv. de medecine etc. 1755. T. II. p. 284. enarrauit, vbi foemina, quae optima ante ſanitate vſa erat, ex laeſione pollicis cum acu cuprea aerugine obtecta, ſphacelo ſuperueniente, mortem ſubiit. En eius verba: *Vne dame d'environ quarante ans, d'un bon temperament et qui étoit fort ſaine, fut bleſſée au pouce par une epingle, ou il y avoit du verd de gris. Cette piquure lui paroiſſoit peu conſiderable, elle ne jugea pas à propos d'y faire attention; mais peu de tems apres le pouce devint extrémement enflé et les remedes qu'on y appliqua n'empêcherent pas le*

l) PERCIVAL in medic. transact. publiſh. by the college of phyſicians. Vol. III. p. 94.

m) *Hamburg Magazin 8 Band.* p. 442.

n) *Ebend. 8 Band.* p. 442.

o) ZWINGER in actis heluet. Vol. V. p. 252.

le mal de gagner insensiblement toute la main et ensuite le bras, qui devint monstreusement gros. On y fit plusieurs incisions, mais la gangrene s'étant mise à la plaie, la malade en mourut. „

Constat itaque, vsum cupri eiusque praeparatorum externum, noxios et lethales adeo effectus producere posse. Cupri exhalationes et puluis subtilis, quem metallum hoc igne tractantes, vt fusores aeramentorii et fabri aerarii inspirant, noxam adferre, a nonnullis perhibetur. Quod LEDELIVS *p*) contendens dicit: „*Discipu-* „*los et famulos, qui apud aerarios operam* „*tractare incipiunt manuariam cum cupro,* „*plerumque vomitare, antequam adsuescunt* „*admittere subtilem veneris puluerem, mediante* „*inspirationem absorbendum: qui autem ven-* „*triculi sunt robustioris, fluxum alui patiun-* „*tur. In subsequentibus annis naturam as-* „*suescere hisce moleculis et amplius non la-* „*cesseri: in aliis fluiditatem alui continuare* „*absque enormi tamen debilitate pro diuersi-* „*tate subiectorum.*

B. RAMAZZINI *q*) asserit, cupri halitus plus periculi adferre, quam si illud in forma

 metal-

p) Vides Eph. nat. curios. Dec. II. Ann. IX. Obs. 2. p. 3.

q) Ej. *Abhandl. von den Krankh. d. Künstler und Handwerker, übersetzt von* I. G. ACKERMANN. *2 Theil.* p. 243.

metallica aut alio modo praeparatum ingeritur: pulmones nempe affici et tussim siccam, asthma et phthisin plurimis, qui illud metallum tractant, propriam esse; quod et obseruationibus BVCHANII r) magis confirmatum esse, patet. Quamuis omnino non negari possit, exhalationes aeris inter fundendum assurgentes nociuas esse, tamen aliae res accessoriae aliquam symbolam conferre videntur, quo pertinent, nisi fallor, aer inflammabilis simul ascendens, neglecta corporis praesertim manuum munditieS, qua facile fit, vt vna cum cibis particulae cupreae a sudore solutae et manibus inhaerentes deglutiantur; nec non vasis lymphaticis magna parte resorbeantur. Procul dubio et potuum spirituosorum abusus, cui multi huius generis homines plerumque indulgent, morbis illis pulmonum modo commemoratis ansam praebet. Saepissime autem fit, vt virulentam cupri vim experiamur sumtis siue alimentis siue medicaminibus, quibus aliqua cupri particula admixta est, e vasis, in quibus parantur, derasa. Ita enim videmus in oenopoliis, in officinis cereuisiariis et destillatoriis s) vasa

r) *Dessen Hausarzneykunst. Kap.* 2. p. 9 seq.

s) PLOUQUET *Warnung an das Publicum wegen eines in manchen Brandteweinen enthaltenen Gifts. Tübingen* 1780.

vaſa varii generis coquinaria, receptacula, epiſtomia, infundibula, et menſuras ex cupro vel aurichalco confecta et aerugine contaminata non iuſta cura ac cautela adhiberi: idem et in officinis eorum *t*) qui ſale coquendo vel vendendo occupantur, in officinis piſtorum, conditorum ac negotiatorum, aromatibus, oleis atque aliis eiusmodi rebus mercaturam facientium, in quorum tabernis mortaria, lances, et menſurae cupreae vel aurichalceae aerugine plerumque infecta reperiuntur: in pharmacopoliis adeo paſſim vaſa ex cupro, aurichalco et aere tympanarum ad medicamina coquenda et ſeruanda, vt v. c. alienae, in quibus ſyrupi, mella, oxymella, varia pulpae genera v. c. tamarindorum, prunorum cet. decocta, quibus ad meliorem excoctionem ſalina e. g. Sal tartari, Tart. tartariſ. cet. addita et extracta parantur: praeterea mortaria ad contuſionem corporum acrium vel ſalinorum *u*) ad praeparatio-

t) Falconer l. c. Navier Contrepoiſons de l'arſenic, du ſublime curioſ. du verde-gris etc. p. 282 — 292.

u) Harley in app. at Lobb. Treatiſe on the ſtone and on curing the ſtone and the gout by aliments. London 1739. p 6. Lithontripticum Stephenſ. in vaſe cupreo

parationem linctuum et emulsionum adhibenda; nec non staterae *v*) spatulae, capsulae ad salia ponderanda et e vasis excipienda: porro vasa destillatoria v. c. vesicae, alembici, fistulae refrigeratoriae, quae aerugine obducta, praesertim si in officinis medicamentariis non nisi semel per septimanam diligenter purgantur, aquis vel spiritibus in iis destillatis vim nociuam conciliant.

Medicamina quoque, quae iam praeparata aliunde a pharmacopoeis emuntur, particulis cupreis inquinata sunt: vt cremor tartari ex Gallia et Italia ad nos perlatus, quem Cl. EHRHARD *w*) sal tartari essentiale parans, cupro permixtum esse, detexit, et propterea ab ipsis nostratibus phar-

preo paratum diarrhoeam effecisse, vidit. — LEDELIVS in Eph. nat. C. Dec. II Ann. IX. Obs. II. p. 4. commemorat, emulsionem margaritarum in mortario aeneo paratam medico degustanti et aegro vomitum excitasse. FALCONER l. c. vsum mortariorum ex aere compar. paratorum quoque suspectum habet. Item ANONYMVS (in Duncan medical Comment. for the year 1780. P. III. p. 314.) qui experimenta eum in finem instituit, in corallis rubris in mortario ex aere tympanarum confecto, contusis, aliquam cupri particulam detexit.

w) Ei. *Beyträge zur Naturkunde etc.* 2 *Band.* p. 19. nro 7.

pharmacopoeis eum parari iuſſit *x*): Rob baccar. ſambuc. in quo a ruſticis plerumque in vaſis cupreis cocto et ad refrigerationem ſeruato aliquid cupri ineſſe, deprehendit. Oleum caieput, cuius colorem viridem ex admixto cupro oriri propterea contendit *y*) Cl. PIEPENBRING, quod eundem in oleo menth. piperitae, cum id in veſica cuprea cum aliqua ſalis alcalini parte deſtillaſſet, obſeruauit. Idem in balſam. copaiv., ſi in veſica cuprea deſtillatum fuerit, animaduertit Cl. KIRSTEN, quod in Act. nat. cur. Vol. V. Nro 163. p. 539. commemorauit. Ita et multa alia medicamenta, quae commemorare nimis longum foret, vere venena pro remediis ſalubribus porriguntur. Quae quidem mala ex cupreis vaſis orta in culinis vel priuatis vel publicis inprimis locum habent. Nam ſaepiſſime fit, vt fercula v. c. capparides flores adhuc clauſi *z*), cucumeres immaturi aceto infuſo *a*), phaſeoli communes ſale conditi et *b*) piſces in illis vaſis coquantur, et per aliquod temporis ſpatium ſeruen-

x) Ill. BALDINGER *Neues Magazin für Aerzte.* *6 Band* *4 Stück.* 1774. p. 291.

y) Ill. BALDINGER l. c. *9 Band* *1 Stück.* 1787. p. 67.

z) FALCONER l. c.

a) Journal de medecine T. XXIV. Fevr. 1766. p. 150.

b) HVBBER l. i. c. p. 15.

ſeruentur, vt viridis vel coeruleus oriatur color. Vaſa autem cuprea et aurichalcea in culinis et cellariis vſitata et aerugine quodam plerumque obtecta, ſunt ligulae, acus lardariae, perforatoria, patinae cet.

Iam vero modis, quibus venenum cupri corpus humanum intrat expoſitis, ad caſus ipſos ex vſu vaſorum aeneorum incauto ortos pergamus.

§. IV.

Enumeratio effectuum pernicioſorum ex vſu vaſorum cupreorum.

Veteres facillimam cupri diſſolutionem in omnibus fere fluidis, praecipue autem in acidis et pinguibus iam cognouiſſe, et partim ex ſapore nauſeoſo et odore ingrato, quem aut alimenta aut medicamenta per aliquod tempus in cupreis vaſis ſeruata aſſumſerant, partim ex noxiis ſaepe adeo mortiferis effectibus vaſorum horumce vſum ſuſpectum ſanitatique incongruum putaſſe, ex ſcriptis, quae nobis reliquerunt, ſatis et aperte elucet. Quare omnia ſalina, oleoſa, dulcia aliaque, quae aliqua vi hocce metallum corrodendi pollent, illis infundi et ad vſum ſeruari noluerunt, et obductionem ſtanni, qua periculum auertatur, vt ex verbis Plinianis ſupra iam

iam citatis intelligere licet, suaserunt. Inter medicos arabicos AVICENNA, istorum vsum abhorrens, ita loquitur: „*Oportet quidem, vt caueatur vsus dimittendi illud, in quo salsedo et amaritudo aut pinguedo, qualia sunt olea et carnes, aut acetositas aut dulcedo in vasis aeneis et bibendi ex iis ipsa enim transmittunt procul dubio Ziniar c. e. aeruginem et Ziniar est venenum.* „ Cuius sententiae quoque MATHIOLVS *c*), SENNERT *d*), ZWELFER *e*), F. HOFMANN *f*), LANZONI *g*), HILL *h*), SCHVLZE *i*), MAVCHART *k*), ROUSSEAU *l*), QVELLMALZ *m*), THERY, HVEBER, FALCONER, et omnes auctores huius saeculi recentiores de venenis disserentes accedunt. Nec sane multis rationibus, ad effectus insalubres, qui ex vasorum

c) Ei. Comment. in Dioscorid. L. V. p. 899.

d) Ei. Pract. med. lib. 6. Part. Cap. 10.

e) Ei. animaduers. in Pharm. August. p. 481.

f) Ei. Clav. in SCHRODER. Lib. III. Cap 12.

g) Ei. Opp. omn. medico-physica. T. I. p. 77. Cap. de aere.

h) History of the mat. medica. p. 32.

i) Diss. qua mors in olla — — iudicatur. Vides. in Ei. Fascicul. diss. med. T. I. et Ephemer. n. c. Dec. III. Ann. VII. Obs. II.

k) Eph. n. c. Cent. I. L. II. Observ. XIII.

l) Ei. *Schreiben über die Schädlichkeit des Kupfergeschirrs in der Haushaltung.*

m) Ei. orat. de vasis aeneis coquina famulantibus. 1753.

rum aeneorum incauto vſu oriuntur, probandos opus eſt; namque ſi ſaporem et odorem ingratum, quem cibi per aliquod temporis ſpatium in illis conſeruati nanciſcuntur, conſideramus, iam a priori, vt aiunt, ad vim noxiam et venenatam concludere poſſumus, magis autem, ſi caſus tragicos iam obuios et ab obſeratoribus enarratos, paſſimque et noſtris diebus occurrentes reſpiciamus, de rei veritate perſuadebimur. Transeamus itaque ad ea, quae acciderunt, conſideranda. Tradiderunt enim:

Cl. MAVCHART *n*) ſuam matrem, poſtquam lactucam cum aceto et lardo in pelui cuprea paratum comederat, magno vomendi impetu correptam eſſe; ſubiungens tres alios caſus, vbi quidam nobilis vir et chirurgus a caſeo aeruginoſo male ſe habuiſſe ac vomuiſſe; ſimile quid puellae 4 annos agenti ex pane aſſumto in patella orichalcea vino irrigato accidiſſe:

Cl. VALISNERVS *o*) puellas orphanotrophii S. Trinitatis in vrbe *Regio* diris ſymptomatibus a pulte in aheno cupreo cocta et procul dubio diutius in illo ſeruato valde afflictas atque vix in ſanitatem reſtitutas eſſe:

Cl.

n) Eph. n. c. Cent. I. p. 54. Obſ. XIII.

o) l. m. cit. p. 62.

Cl. LANZONI *p*) tres moniales a pasta ex farina et butyro in vase cupreo praeparata, cardialgia, vomitu ventris torminibus, alui fluxu, ariditate faucium, siti cet. grauiter affectas fuisse:

I. CNVTIVS *q*) vestales triginta plures ex esu orizae in vase aeneo recens obducto coctae iisdem symptomatibus laborasse:

Cl. STARCK *r*) quatuor infantes in vna domo ex esu phaseolorum communium in vase cupreo praeparatorum, vomitu, doloribus colicis, cum colore faciei pallido, correptos fuisse, qui tamen sumtis iusculis pinguibus plane conualuerunt:

Vir doctus *s*) qui libr. Cel. FALCONERI recensuit, se integram cuiusdam domus familiam ex cucumeribus in vase cupreo coctis et seruatis, patrefamilias excepto, conuulsionibus laborantem vidisse:

Cl. ZWINGER *t*) colicam illi saturninae similem, quae in coenobio multos corripuerat,

p) Eph. nat. cur. Dec. III. Ann. VII. Obs. 102. p. 169.

q) Acta n. c. I. m. c.

r) Journal de Medecine Chirurg. et Pharmac. etc. T. XXIV. 1766. p. 150.

s) *Zugabe zu den Götting. gelehrt. Anzeigen 1776. 34 St.* p. CCLXXXVI.

t) Acta heluetica. T. V. p. 258.

puerat, ex cibis in vaſis cupreis paratis et ſeruatis aſſumtis, ortam eſſe: „*Omnibus, inquiens, itaque morbi phaenomenis et exemplis, nec non circumſtantiis* (14. 15. 16. 17.) *diligenter ponderatis, ſaluo iudicio videbatur primitiua colicae noſtrae coenobialis cauſſa potiſſimum in vaſis culinariis cupreis ſita fuiſſe, vnde ſcilicet virulentia quaedam perniciosa in cibos redundabat, neruis inteſtinalibus ac meſentericis labefactandis, mouendoque tormento apta.*„

I. I. Schevchzer *u*) in Coenobio angelimontano colicam ſpasmodicam, qua omnes ac ſinguli cum ardore vago per artus aliisque malis ſymptomatibus coniunctis decumbebant, ex incauto vtenſilium cupreorum vſu, ortam eſſe: Symptomata fuerunt haec: „dolor colicus verus, colon inteſtinum, aliquando etiam tenuia occupans, ipſeque contumax, ſomnum excludens, delirium ipſum prae vehementia quandoque in ſui conſortium aduocans; ſedatus vbi fuit, facile redux; vomituritiones crebrae bilioſae, appetitus deiectus vel imminutus; alvus obſtructa, clyſteribus ſoluenda; ardores praecordiorum, qui occupant praecipue regionem ſterni, infra ſupraque cartilaginem mucronatam (de quibus conqueruntur

u) Ei. Itiner. alpin. T. I. p. 14.

runtur fere omnes). Vrentes atque furentes dolores per artus, primum ſuperiores, poſt etiam inferiores vagantes, colicae nephriticae; pareſis brachiorum cum reſpiratione aſthmatica ſumme anheloſa, ſenſuque ponderis pectori incumbentis.,, Affuit inſuper patri innocenti, cuius mortui cadauer aperuit, et inter alia offendit in colo inteſtino corpuſcula piſiformia, ſubuiridia molliuſcula ſparſim inteſtinali tunicae interiori adhaerentia:

I. Ramsey *v*) in naui aliqua puerum annos 14 natum ex eſu cicerum in vaſe aeneo coctorum et in fundo eiusdem remanentium, conuulſionibus affectum atque humi prolapſum ſine vllo ſenſu per quadrantem horae partem oculis rigidis et facie conuulſa atque capite diſtorto iacuiſſe. Spiritum e. c. naribus applicitum et aliquot guttas huius ſpiritus in os infuſas lotionemque manuum cum aqua frigida ſenſum reſtituiſſe, et ſumto proximo mane vomitorio plane conualuiſſe. In alia naui, quam ingreſſus eſſet, virum ſubito ſtupiditate et doloribus capitis affectum et humi proſtratum, et delirio captum a ſex hominibus vix contineri potuiſſe; praeter hunc alios ſedecim eodem morbo affectos; omnes

 autem

v) Medical obſerv. and Inquir. Vol. II. p. 146.

autem venae ſectionibus, emeticis, nitroſis et veſicantium applicatione reſtitutos eſſe: ſimilem morbum cum iisdem ſymptomatibus coniunctum paucis poſt diebus in alia naui 15 homines corripuiſſe, qui vomitoriis, clysmatibus et paregoricis priſtinam ſanitatem recuperarint:

ANONYMVS *w*) domeſticum quendam ex aqua, quae per epiſtomium ex aere tympanarum paratum multa aerugine infectum in receptaculum plumbeum ducta eſſet, et in eodem per 2 menſes ſtetiſſet, auide potata grauiter affectum fuiſſe; cuius verba haec ſunt: „*Ce domeſtique eut à peine avalé cette eau, qu'il fut pris auſſitôt d'une colique légére dans le commencement, mais qui devint par dégrés extremement violent; la fievre s'alluma et il ſurvint au bout de quelques heures des déjections fréquentes de glaires ſanguinolentes: en un mot, le malade parut dès la nuit même dans le plus grand danger. On lui fit prendre pluſieurs lavemens anodins et beaucoup de ptiſane de graine de lin. Le medecin appellé, lui ordonna une eau minerale artificielle, faite par la diſſolution de 4 grains d'émétique dans une pinte d'eau tiede et adoucie avec un gros de mucilage de*

w) Cf. Gazette ſalutaire ou feuille hebdomadaire, Nro XLIII. 1762.

de gomme adragant. Le malade vomit beaucoup et avec facilité et s'en trouva ſi bien que l'apres midi du même jour, il ſe regarda et avec raiſon comme convaleſcent. La theriaque et quelques autres petits remedes appropriés avec deux jours de repos achêverent la gueriſon. „

Cel. TONDI *x*) duas moniales edendo fabas in vaſe aeneo coctas et aceto ſuperfuſo per aliquod tempus in eodem conſervatas, vomitus et ſpaſmos ſibi contraxiſſe: „*Ecco dunque un metodo alla mano per poterci aſſecurare del rame, o nelle acque in caſo di analyſi o nelle ſuſtanze vomitate, o raccolte nel ventriculo degli avvelenati da rame, come un' anno addietro mi ſi diede l' occaſione di oſſervare nel vomitato di due, ſignore (la Signr. D. Eliſabetha e la Sign. A. Pellegrino) che ſi erano avellenate colle fave cotte in vaſe di rame e per maggior lor danno ci erano dimorate di multo dopo averci, affuſo l'aceto; ed ignorandoſi dalle due Sorelle avellenate la cauſa de i loro ſpaſmi fui coſtretto di eſaminare i cibi e dopo qualche tentativo mi aſſicurai del rame coll' adoprare l'alcali volatile cauſtico.*„

x) Cf. Ei. Iſtituzioni di Chimica. Napoli 1778. p. 172.

Cl. Weigel y) multos homines ſub finem menſis Martii ann. 1782. ex eſu caſeolorum acrium (*kleiner barſcher Käſe*) qui ex lacte ebutyrato in aheno cupreo cocto parati erant, varia ſymptomata dolorifica, vomitus enormes, tormina ventris, diarrhoeas, tremores, dolores rheumaticos et motus febriles expertos fuiſſe; quorum quidem plurimos vſu potuum diluentium mucilaginoſorum, et lactis et euacuationibus lenibus ex pulv. rad. rhabarb. conualuiſſe; aliis hepar ſulphuris ad modum Cl. Navier paratum auxilium attuliſſe; cauſam illorum effectuum in caſeis particulis cupreis permixtis, accurata inueſtigatione inſtituta, repertam fuiſſe; quaedam tamen eſſe acrimoniae caſeolorum attribuenda:

Cl. Willich z) talia ſymptomata ex caſeo e lacte ebutyrato facto, quod antea in aheno orichalceo coctum et in vas ligneum effuſum erat, orta eſſe, quae quidem non ſolis cupreis exceptis particulis ſed et acrimoniae caſeorum e quodam fermentationis gradu ortae adſcribenda ſint. Foeminam ann. 45 ex fruſtulo caſei veſpertino tempore comeſto vehementer vomuiſſe, attamen

y) Cf. I. Th. Pyls *neues Magazin für die gerichtl. Arzneykunde und Polizey.* 1 *Band* 1 *Stück.* 1785. *p.* 1 *u. f.*

z) l. m. cit. 4 *St.* p. 667.

men ſine vlla praegreſſa anxietate. Coquinam robuſtioris corporis ex altera caſei parte in orbe relicta et proximo mane comeſa, anxietate, nauſea, denique vomitu ipſo laboraſſe, eoque demum peracto plane reſtitutam eſſe. Duos viros annor. 20 et 30 optima ſanitate gaudentes ex caſeo vna cum butyro ac pane ſumto ſenſum ponderis in capite, anxios dolores abdominis, et anxietatem circa praecordia, vertiginem, nauſeam, vomitusque vehementes et diarrhoeam perpeſſos fuiſſe, aſſumtis euacuantibus autem reualuiſſe.

Cl. COSNIER *a*) mortem infantum ex conuulſionibus ſaepe vſui vaſorum cupreorum incauto tribuendam eſſe: cuius verba ſic ſe habent: „*On eſt ſouvent étonné qu'un enfant, qui paroiſſoit ſe bien porter, meurt tout a coup dans les convulſions qu'on attribue à la pouſſe des dens. D'autres*

B 4 *ſont*

a) Recueil period. d'obſerv. ann. 1755. T. III. p. 262. v. ROSENSTEIN (Conf. Ei. *Anweiſung u. Cur der Kinderkrankh. A. d. Schwed. überſetzt von* Ill. F. A. MVRRAY (Praecept. pie colendo) *p. 364. 5te Aufl.*) vaſa aenea in alimentis ad nutritionem infantum ſiue parandis ſiue ſeruandis ſeponi, vult; dicens, ſe infantem, ex cereuiſia et ſero lactis cum cereuiſia parato in vaſe cupreo aſſeruato vomitantem et propemodum morientem, niſi ſumto lacte et oleo reſtitutus fuiſſet, vidiſſe.„

ſont toujours malades, ont de frequentes diarrhées, des tranchées, un ventre dur et douloreux.„ Alio tempore quinque homines ex lacte in vaſe aeneo cum 3 vnciis ſacchari albi cocto aſſumto iisdem fere ſymptomatibus laboraſſe. „*Une dame, nommée Marechal, demeurant a Paris etc. fut empoiſonnée avec ſes quatres filles — pour avoir mange, une ſoupe faite avec une chopine de lait et environ 3 onces de ſucre ordinaire, qu'on avoit reduit en caramel. Le tout étoit preparé dans un poelon de cuivre —. Deux heures aprés ces cinq perſonnes reſſentirent tout d'un coup des douleurs vives et cruelles dans la region de l'eſtomach, qui furent bientôt ſuiveés de violens convulſions. Elles ſe faiſoient principalement remarquer dans le bas ventre et dans les membres tant ſuperieurs qu' inferieurs. Lorsqu'il leur prenoit une criſe, elles commencoient à jetter des ecris épouventables et extremement aigus, qui reſſembloient cependant à des harlemens ou qui imitoient en quelque ſorte des grenouilles.*„ Duos ex illis ſemper doloribus ventris et arthriticis cum laſſitudine totius corporis affectos remanſiſſe:

Cl. Navier *b*) aegrotos in Coenobio fuiſſe plus minus eiusdem generis affectibus

b) Cf. l. c. p. 302.

bus laborantes, quorum alios dolores in viſceribus ſenſiſſe, alios vomuiſſe; cauſam operi piſtorio in trulla aerugine inquinata parato et comeſto eſſe tribuendam; omnes quidem ſanatos eſſe: alio tempore *c)* novem homines et infantes et adultos vnius domus ex cibis comeſtis, qui a ligula aerugine inquinata infecti fuerunt, vehementer vomuiſſe et plus minusue doloribus viſcerum affectos fuiſſe; alios crebris ſeceſſibus alui tentatos, omnes autem quam maxime debilitatos et cephalalgia cum pulſu minori ac duro laboraſſe; omnes tamen congruis remediis ſanatos eſſe: — 54 milites regis domeſticos a phaſeolis commun. in vaſis cupreis coctis et ſeruatis grauioribus cruciatibus vexatos, maximam quidem partem mortuos eſſe, alios autem deinceps per longum temporis ſpatium variis incommodis laboraſſe:

Cl. Fabas *d)* quinque homines, cum oua in vaſe cupreo cum acetoſa et butyro cocta commediſſent, vomitus enormes, ſpaſmos artuum, conuulſiones et ventris dolores atrociſſimos expertos eſſe: omnes aceti vini oleique frequenti potu ſimulque clysmatibus emollientibus applicitis reſti-

 tutos,

c) ibid. p. 304.

d) Journal de medec. chirurgie etc. T. XVI. 1762. p. 552.

tutos, vnum eorum autem, qui nullum acetum biberat, mortuum esse.

ZEF. BOVIO *e*) multos fratres monasterii cuiusdam ex vino in vasis cupreis aerugine infectis seruato aegrotasse, et mortem sibi contraxisse:

RHODIVS *f*) olitorem a piscibus in vase aeneo cum oleo et sale coctis auideque devoratis, vomitu aliisque deiectionibus misere affectum tertioque die extinctum esse:

MISSA *g*) integram familiam ex carpione, qui in aheno cupreo male stanno obducto per aliquod tempus seruatus erat, symptomata dirissima, quae ex venenis oriri solent, pertulisse; inter alios autem 5 homines ex iusculo in vase cupreo cocto grauissimis symptomatibus laborantes, duos esse mortuos: En ipsius verba: „*Un particulier, son epouse, ses deux enfans, et une servante, se trouvérent empoisonnés tout à coup pour avoir mangé d'un ragout preparé dans une casserole de cuivre. Le poison se fit sentir avec tant de violence, que le mari et la femme en moururent, le premier dans les vingt quatre heures*

e) Cf. El. Flagello de' medici rationali p. 20.

f) Eph. n. c. Cent. III. Obs. med. 95.

g) Recueil period. d'observ. de medecine etc. P. II. M. Mars 1755. p. 148 et 149.

heures et l'autre le même jour ſans qu'on pût l'adminiſtrer. Les trois autres ſont toujours en danger du mort, et s'ils ſont aſſéz heureux pour l'éviter il y a tout lieu de craindre qu'ils ne demeurent affectés de quelques maladies chroniques. „

TH. PERCIVAL *h*) puellam 6 annos natam, quum crithmum (Pickled ſamphire) deglutiiſſet, et ſiti magna cruciata aliquam aceti vini partem bibiſſet, deinceps ſub veſperam dolores ventriculi et exanthema (raſh) manuum et pectoris, quae tamen intra 12 horas iterum euanuerint, perpeſſam eſſe. Dolores interdum fuerunt conquaſſantes et per totum corpus diffuſi, praecipue autem dextrum latus occupantes; pulſus erat frequens, paruus, lingua alba pituita obtecta aluusque per aliquot dies obſtructa. Aſſumta mixtura laxatiua dolores ad ſiniſtrum corporis latus tranſierunt; doloribus deinceps auctis interdiu vomitu, quem ſingultus praeceſſit, affecta eſt. „The reachings were inceſſant — a quantity of Samphire was thrown up, and the diſcharges were of a green colour, very offenſive and taſted like copper to the patient.„ Magneſia calcinata cum emulſ. ſem

h) Medical Transact. publ. by the college of Phyſicians. Vol. III. p. 81.

ſem. papav. et aliquot guttis laudan. liquid. mixta ſingulis temporis interuallis porrigebatur; vomitus autem, dolores aliaque ſymptomata initio euanida redierunt, et non multo poſt aegrota e vita exiit. Sectione eodem die, quo defuncta erat, inſtituta, magna liquoris foetidi in ventriculo copia reperiebatur; tunica eius interna fuit inflammata et gangraena correpta, praeſertim circa cardiam et pylorum ad duodenum vsque. Ex hisce effectibus clare apparet, cauſam in particulis cupreis deglutitis quaerendam eſſe. — Paucis poſt annis eadem ſymptomata in fabro aerario *i*) qui aquam in aheno cupreo aerugine infecto ſeruatam potauerat, orta vidit; qui quidem oleo caſtorei plane reſtitutus eſt.

Cl. RAHN *k*) ex ſalmone Farione cocto et per noctem in vaſe cupreo aſſeruato, comeſo quinque homines mortem ſubiiſſe, reliquos autem vix effugiſſe. — Cauponem annor. 30 — 32 robuſti corporis ex vino potato, quod in vaſe cupreo ad vinum e dolio ſtillans excipiendum adhibito, per aliquod tempus ſteterat, doloribus ventriculi et inteſtinorum cruciantibus vomitu et

i) l. m. c p. 86 et 87.

k) Vid. Ei. Gazette de ſanté *od. gemeinnützIges Wochenblatt. 1 Jahrg. 5 bis 6 Stück*, p. 701.

et diarrhoea per octo dies continua occubuiſſe: IDEM caſum ex Journal de medecine in ſuum librum modo citatum tranſtulit hunc: Famulus Abbatis, nomine Pingou, Lugduni viuentis, ſubito doloribus pectus, ventriculum et abdomen occupantibus corripiebatur, qui 13 vel 15 horis praeterlapſis fere intolerabiles euadebant. Siti quidem vehementi cruciatus, omnia tamen potulenta ſtatim euomuit. Chirurgus, cui nomen erat Faiſſolet, arceſſitus, cauſis huius mali ſedulo ac diligenter inueſtigatis, comperit, eum cornu venatorium inflauiſſe. Aegrotus interim eodem die ſub veſperam e vita exiit. Cuius ſectione facta pulmones nigro colore infecti, dimidia parte minores quam in ſtatu naturali, pleurae adhaerentes et ſphacelo correpti reperiebantur. Ventriculus et inteſtina colore quam maxime rubro maculisque nigris infecta fuerunt.

Ex hisce modo enarratis caſibus, quibus, licet interdum aliae res ſuam quoque contulerint ſymbolam, tamen omnem fidem non abnegare poſſumus, periculum magnum ſaepe adeo vitae, quod nobis ex vſu vaſorum cupreorum incauto imminet, ſatis ac perſpicue apparet. Quodſi haec conſideramus, certe ad illa diligenter ac circumſpecte adhibenda impellimur, ita vt

iis

iis non nisi ab omni sorde liberatis et cum selectu ad praeparationem alimentorum vtamur, aut ea plane seponamus, quod infra pluribus exponetur. Quamuis autem hocce metallum tantam vim virulentam quauis forma ingestum, vt iam expositum est, exserat, et tot diuersos periculosos effectus in corpore humano sano producat, ita vt quasi inimicum manifestum caueamus et fugiamus, necesse sit; tamen iusto modo et tempore adhibitum in multifariis morbis sanandis optimo cum fructu adhiberi potest, quod ex obseruatis medicorum et veterum et recentiorum patet. Virtutem itaque medicatam ad explanandam progrediamur.

§. V.
Breuis effectuum cupri salutarium expositio.

Nec mirum cuipiam videbitur, si ad alia remedia pharmaceutica, quae, etsi inter atrocissima venena referenda sint v. c. Mercur. corros. subl. Arsenic. Opium Hyosc. Bella donna cet., tamen in thesaurum medicum tanquam efficacissima medicamina recepta sunt, respexerit, cuprum eiusque praeparationes, siue intus siue extrinsecus corpori humano applicitas ad sanitatem perditam restituendam adhiberi posse.

Iam

Iam bene *l*) PLINIVS, cuius verba in mentem veniunt; nullum esse malum, dicens, sine aliquo bono, applicationis venenorum in medicina magnam vtilitatem intellexit. Cuprum eiusque praeparata pharmaceutica autem, vt ad rem redeam, ab antiquissimis iam temporibus a medicis in morbis sanandis praesertim externis adhibita sunt. Ita enim apud HIPPOCRATEM *m*), GALENVM *n*), DIOSCORIDEM *o*), ARETAEVM *p*), CELSVM *q*) legimus, cupri praeparationes in vlceribus purgandis et sanandis nec non in vitiis oculorum tollendis ab iis in vsum esse vocatas. Eoque abhinc tempore imitatores habuerunt, quorum plures internum aeris vsum commendarunt; inter quos praesertim. B. v. HELMONT, HELVETIVS, R. BOYLE, GERLACH, BOERHAAVE, GEOFFROY, ALSTON, HILL, CVLLEN cet. recensendi veniunt. Qui quidem omnes in eo conueniunt, vt praeparationes

l) Histor. nat. lib, 27. Cap. 3.

m) Ei. Opp. omn. edit. a. I. A. VAN DER LINDEN. Vol. II. p. 670 seq

n) Ei. Opp. med. T. II. Cl. 5. p. 442.

o) Ei. mat. med. Lib V. Cap. 92. p. 358.

p) Ei. Lib. I. de morbis acutis Cap. V. p. 84. Edit. in fol. L. B. 1735.

q) Ei. lib. de medicin. Edit. Krausian. L. V. Cap. 5. 6. 7. 8. 9.

rationes ſalinas vim adſtringentem et cauſticam habere, contendant; itaque inter remedia externa cathaeretica referunt; et, ſi interne adhibentur, facultatem vomitum, aluum, lotium mouendi ſpaſmosque leniendi, quae tamen a diuerſa aſſumta et copia et compoſitionis modo pendet, iis tribuant. Interno autem vſui cuprum vel merum vel in menſtruis ſolutum adhibetur; praecipue autem ex praeparationibus *Vitriol. veneris* et *Cuprum ammoniacum* rariſſime *Aerugo*. Quibus autem in morbis haec remedia afferantur, breuiter eſt exponendum.

Scobem cupri meracam Cl. COTHENIVS *r*) ad hydrophobiam auertendam optimo cum fructu dedit, dicens, ſe multos homines, quos per 3 dies quouis mane ſcobem ſumere iuſſiſſet, hoc funeſto malo liberaſſe, ſtatim autem a morſu canis rabidi peracto et ne ſex horis quidem praeterlapſis eſſe capiendam. Per aluum, vias vriniferas et ductus ſaliuales ſine vlla moleſtia et hominibus debilioribus auxilium attuliſſe.

Ill. BOERHAAVE *s*) tinctur. coerul. volatilem conſtantem ex limat. cupri in ſpirit. ſalis

r) Cf. Ill. LÖSEKE mat. med. Edit. V. Ill. I. F. GMELIN (Praecept. reuerend.) pag. 344.

s) El. El. Chem. T. II. Proc. 140. p. 476.

ſalis arm. ſolut. in epilepſia, hydrope et contra vermes optimo cum ſucceſſu exhibuit.

Helvetivs *t*) huius generis tinctura in affectibus arthriticis et in vermibus expellendis optimo cum euentu vſus eſt: a medicis nonnullis anglicis limatura cupri in ſpir. ſalis arm. ſoluta contra morbum Sibbens *u*) ſic dictum adhibetur. Cl. Lieb *v*) fracturas oſſium aliquot granis pro doſi ſumtis lima raſi cupri ope ſanatas eſſe, obſeruauit.

Vitriolum veneris ſal conſtans ex acido vitrioli et cupro commendarunt et optimo cum emolumento adhibuit Simmons *w*) ad vomitum phthiſicis mouendum, emeticis antimonialibus magis debilitantibus, praeferendum eſſe, contendens. Pro doſi grana 2, 10, 15 — 20 dedit. Chirurgus quidam *x*) vitriol. viridis et coerul. et viridis aeris partes aequales cum vino rubro decoctas, inuncto ſimul vnguento ex tribus ſuperio-

t) Cf. Carthevseri Pharmac. p. 303.

u) Videſ. Selle med. clinic. p. 688.

v) Cf. Baldinger *Neues Magazin für Aerzte, 7 Band. 6 Stück.* p. 547.

w) Vid. in Duncan med. Commentaries. P. I. p. 72.

x) Cf. Acta nat. c. Cent. VI. Obſerv. 50. p. 303.

ſuperioribus conſtante et ſumto decocto ex Cort. quern. rad. rub. id. parato ad luem veneream ſanandam: Cl. WRIGHT *y*) ad hydropem tollendum pilulas cum cort. Winter. ope mucilag. Gummi arabic. paratas ſumi iuſſit, hacque formula vſus eſt:

℞. Vitriol. Coerul.
Cort. Winter. ana ʒj.
F. Puluis ſubtil. dein mucilag. Gummi arabic. q. ſ. 24 pil. praeparentur. S. ſub veſperam pilula vna capiatur.

Cl. HOULSTON *z*) tartarum emetic. cum vitriolo veneris vnitum (Dry vomit of Dr. Maryott) in dyſenteria optimo cum ſucceſſu eſſe adhibitum, aſſerit. Grana quinque ore ieiuno capi, et nil fluidi ad vomitum promouendum bibi iuſſit. I. ADAIR *a*) drachmam dimidiam vitrioli coerul. in aqu. font. ℔iß ſolutam ſcopo vomitum ciendi vel purgandi in colicis, diarrhoeis, dyſenteriis et febribus intermittentibus ſanandis fauſto cum euentu adhibuit. Initio pro doſi cochlear vnum quale in ſorbendo coffear. potu adhibetur; dein autem duo cochlearia

y) Cf. London medical Journal 1781. April. p. 266 ſeq.
z) Ei. Obſerv. on poiſons and on the uſe of mercury in the cure of obſtinate dyſenteris 1784. 8.
a) Cf. Medic. Commentaries. Vol. IX. p. 206.

learia consueta sumi iussit. Febrem intermittentem obstinatam pharmaco hoc mixto sanasse commemorat *b*).

℞. Pulv. Cinnam. alb. ℥j.
Vitriol. coerul. gr. vj.
Syrup. cuiusd. q. s. fiant pil. Nro LXX. S. omni intermissionis tempore ter quaterue in die.

Item in haemorrhagiis nominatim in mictu cruento et fluxu hepatico optimo cum fructu hanc solutionem exhibuit:

℞. Vitriol. coerul. gr. xij.
solv. in
Aqu. font. simpl. ℥iß
add.
Acid. Vitriol. q. s. ad grat. sapor.

cuius vsu, dum nempe 1 — 3 cochlearia, bis terue quotidie adhibuit, lenem ventris fluxum conseruatum esse, contendit. Magno aestu ac pulsu celeri praesente nitri aliquam partem addidit.

Cl. Cullen *c*) vitrioli coerulei refracta dosi ab $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ granulum, quoad aegroti aetatem, ad nauseam excitandam, adhibuit, viresque anthelminticas quoque ei attribuit.

 Multa

b) Med. Comment. Vol. X. p. 233.

c) El. mat. med. Edit. nov in ling. theodisc, vers. ab ab Hahnemann T. II. p. 31.

Multa equidem alia exempla ex ſcriptis optimorum obſeruatorum de vſu huius remedii interno afferre potuiſſem, ſed haec iam ſufficiant. Attamen ſemper, vt peritiſſimi medicorum etiam volunt, applicatio huius medicaminis ſummam cautelam requirit, et melius eſt, ſi recte iudico, ab eo plane abſtinere, vel id non niſi in morbis, quibus ſanandis omnia alia mitiora remedia fruſtra adhibita ſunt, in vſum vocare.

Aliud medicamen, *Cuprum ammoniacum*, quod primum a WEISBACHIO *d*) deſcriptum eſt, conſtans ex ſale alcali volatili et vitriolo cupri, ob vim antiſpaſmodicam et roborantem, quam in corpus humanum exſerit, a multis medicis in morbis neruoſis et ſpaſticis eſt laudatum. GREGORY, LEWIS, CULLEN, WITHERS in epilepſia ſananda illud commendarunt et adhibuerunt. I. VAVGHAN *e*) pro tutiſſimo hydrophobiae remedio habet. R. WILLIAM *f*) puerum 3 annos natum eius vſu a chorea St. Viti liberauit; I. WALKER *g*) puerum ſeptennem corporis quidem gracilis

d) Noua Acta n. c. Vol. I. p. 76. et Act. n. c. Cent. VIII. Obſ. 86. p. 425.

e) *Auserleſ. Abhandl. für pract. Aerzte. 5 Band, 1 Stück,* p. 56.

f) Lond. med. Journal. Vol. XII.

g) Med. Comment. Vol. X, p. 288.

lis ac debilis, tamen ab eodem malo reſtituit. Plethora autem et ſaburra primarum viarum praeſente hoc non dari praecipit, praecipue tamen hominibus debilioris corporis conuenire aſſerens. CAVSLAND *h*) ſe aliquoties febres intermittentes cupro ammoniaco ſanaſſe, commemorat. STORER *i*) in morbo viſcerum abdominalium ſpaſtico et malo hyſterico $\frac{1}{4}$ gran. cupr. ammoniac. cum magneſia alb. mixti, matutino et veſpertino tempore optimo cum ſucceſſu ſumi iuſſit. HODGSON *k*) operarium quendam pilulis e cupro ammoniaco aſſumtis ab epilepſia liberauit; ſimilemque effectum hasce pilulas, bis in die ſumtas quarum quaeuis doſis $\frac{1}{2}$ gran. cupr. ammoniac. continebat, produxiſſe, praedicat Cl. DUNCAN *l*). TH. BLAND *m*) epilepſiam ex terrore ortum, omnibus aliis fruſtra adhibitis hoc remedio ſanauit. I. HEISHAN *n*) in epilepſia et dyſphagia optimo cum euentu dediſſe, enarrat. ODIER *o*) connubium

h) Med. Comment. Vol. VII. p. 290.

i) Med. Comment. Vol. VII. p. 290.

k) Med. Comment. publ. by A. DUNCAN. P. IV. p. 438.

l) Ei. med. caſes p. 11 ſeq.

m) Medic. Comment. by ANDR. DUNCAN for the year 1780. p. 240.

n) l. m. cit. p. 428.

o) Ei. med. caſes with remarks, p. 24.

fl. Zinci cum cupro ammon. in morbis fpafticis fanandis magnopere laudat. BELL *p*) tuffim pertinacem periodicam vfu cupri ammon. fuftulit. —

Attamen in hoc quoque remedio adhibendo magna cautione opus eft. Nec femper quidem morbum tollit, vti CHANDELIER *q*) et GREDINGER *r*) tradiderunt; in morbis autem neruofis, fi vermes malum produxerint, auxilium attuliffe videtur.

Aeruginem f. *Viride aes* etiam nonnulli intrinfecus adhibuerunt. Sic I. CH. GERLACH *s*) militem folo viridis aeris vfu interno, cum confueta ligna, quin et mercurius follicite adhibitus nil proficerent; a lue venerea liberauit. Cl. LIEB *t*) flor. virid. aeris in morfu canis et lupi rabidi pro remedio infallaciffimo habet, ieiunoque ventriculo a 4 vsque ad 6 eius grana per tres dies cum remedio inuoluente mixta deglutita effe, teftatur; nec minus in vlceribus antiquis phagadaenicis aeruginis grana

p) Med. Comment. for the year 1790. Vol. IV. p. 307.

q) Journal de medecine et Chirurg. p. 45. T. XI. Jouill. 1759.

r) Aduerf. med. pract. T. I. p. 500.

s) Act. n. c. Cent. VI. Obf. 50. p. 303.

t) Ill. BALDINGER *Neues Magazin für Aerzte. 7 Band. 6 Stück*, p. 549.

grana aliquot in connubio decocti rad. gram. — tarax. ſaponar. Bordan etc. vbi calomel, merc. ſubl. corroſ. pulv. Plummeri pil. e cicuta cet. nil effecerunt, auxilium praeſtitiſſe vidit; ita in lue venerea gr. ß–j cum pulv. rad. Glycyrrh. vel enul. vnitum bis in die datum, exanthemata varia faciei venerea et oſſium faucium eroſionem ſanaſſe commemorat.

Attamen applicatio huius remedii ad morbos internos ſanandos, maximam cautionem poſcit, et, cum multa medicamina minime metuenda exſtent, plane ab eo abſtinere, ſolique vſui externo deſtinare conſultiſſimum videtur. Tutius autem externe cupri praeparationes in vſum vocantur, et praeſertim in iis caſibus, vbi cauſticis ſeu cathaereticis opus eſt, in vlceribus purgendis et ſanandis, nec minus in vitiis oculorum, optimo cum ſucceſſu adhibentur. Cui ſcopo inter praeparationes et compoſitiones vitriol. coerul. lapis diuin. aerugo, oxym. aerugin. vngt. apoſtolor. aqu. ophthal. ſapphir. etc. inſeruiunt. Caſus ſingulos, quibus eorum vſus magis probetur, vt afferam, ſuperuacaneum eſſe puto, nec diſſertationis limites id admittunt; ſi quis autem plura ſcire cupit, conſulat libros materiam chirurgicam continentes. Quare

 tranſeo

transſeo nunc ad enumerationem experimentorum.

§. VI.

Experimentorum enumeratio.

Antequam pericula facta eorumque euentus exponam; praemonendum eſt, in illis ſaepius a me repetitis vaſe cupreo nouo ab omni immunditie liberato me vſum eſſe.

Exp. I.

Aquae putealis vnc. XXIV. in vaſe modo dicto per nychtemeron ſeruatae nullum quidem colorem et odorem alienum; ſed tamen ſaporem leuiſſime adſtringentem aſſumſerant, et in ſuperficie aquae cuticula verſicolor apparuit. Margo autem aeruginoſus altitudinem liquidi oſtendens in vaſis parietibus animaduertebatur. Spiritus ſalis armon. cauſtic. et aliquot guttae acidi ſalis com. additae colorem aquae non in cyaneum mutarunt, ſed ſedimentum flauo-virideſcens, quod in acido vitrioli, nitri et ſalis ſolutum nec coeruleum nec viridem colorem acquiſiuit, produxerunt. Ferrum nitidum impoſitum nulla cruſta metallica cuprea obducebatur, ſed flauum praebebat ſedimentum, quod addito acido vitrioli diluto colorem non mutabat, nec a magnete attrahebatur.

Exp.

Exp. II.

Aquae putealis menſ. I. per vnam et dimidiam horam leni igne ad remanentiam vnciar. XVI. cocta et in vaſculo per 24 horas aſſeruata eadem, quae de antecedente dicta ſunt, oſtendit.

Exp. III.

Idem aquae fluuialis vnciis XXIV. ad tertiae partis conſumtionem vsque coctis et per 24 horas in vaſe ſeruatis; nec non aquae frigidae infuſae et per idem temporis ſpatium in eodem ſeruatae accidit.

Exp. IV.

Aqua putealis ℔ß ſale culinari q. ſ. ad iuſtum ſaporem adiecto, per dimidiam horam cocta et in vaſe per vnam horam relicta colorem paululum virideſcentem, qui ſpiritu ſalis arm. volat. immiſſo in coeruleum abiit, aſſumſerat. Liquore ad ſiccitatem expulſo, quod ſupererat, in acido vitrioli et ſalis ſolutum, nullum alienum colorem, cum acido nitri autem flauum produxit. Dein cum borace et phlogiſto: ope tubi ferrumentatorii fuſum maſſam nigram dedit, quae autem in acido vitrioli nitri, ſalis et ſpir. ſalis arm. volat. ſoluta nullum colorem alienum acquiſiuit.

Exp. V.

Aqua putealis cum ſalis culinar. q. ſ. mixta per dimidiam horae partem cocta et calida adhuc effuſa, addito ſpiritu ſalis armon. cauſtic. colorem paululum virideſcentem accepit.

Exp. VI.

Vini gallici vnc. VIII. ſpatio 36 horar. in vaſe aſſeruatae nec odorem nec colorem alienum, ſed ſaporem valde amarum ac nauſeoſum aſſumſerant. Liquor addito ſpiritu ſalis arm. volat. turbidus reddebatur, et ſedimentum viridis coloris dimittebat, quod autem tubi ferrumentatorii ope fuſum metalli reducti nihil oſtendit. Ferrum politum vino immerſum metallica facie obducebatur. Tota vini copia dein in vaſe figulino inſpiſſata et cum borace et phlogiſto in fluxum redacta maſſam nigram dedit, quae autem in acido vitrioli, nitri et ſalis diluto ſoluta, colorem non mutatum conſeruauit.

Exp. VII.

Spiritus frumenti menſura dimidia per 24 horas in vaſe ſeruata nec odorem nec ſaporem mutatum oſtendit. Spiritûs ſalis armon. volat. cum aliquot acid. ſalis guttis inſtillatus et calori leni expoſitus exhibuit

ſedimen-

ſedimentum virideſcentis coloris (quod autem iam ante infuſionem additis illis apparuit) ſed colorem fluidi non mutauit. Ferrum immerſum cupri praeſentis nihil oſtendit, quod minori forſan cupri copiae ſolutae, vt Cl. PLOUCQUET vult, attribuendum eſt. Sapo albus conciſus et iniectus viridem colorem non traxit. Sal alcali fixum etiam nihil ſedementi viridis dedit, calx exſtincta autem per 8 horas in liquore relicta cruſta viridi obducebatur, ſimulque viride quod dimiſit. Reliqua ſpiritus frumenti pars in vaſe figulino ante inſpiſſata cum borace et phlogiſto ope tubi ferrum fuſa maſſam nigram produxit, quae autem cum acido vitrioli diluto adfuſo nullum colorem coeruleum diſtinctum dedit.

Exp. VIII.

Cereuiſiae e tritico paratae menſ. dimid. per 24 horas in vaſe aſſeruata et odorem ingratum et cupro paululum ſimilem ſaporem exhibuit, colore tamen non mutato. In fundo vaſis ſedimentum mucoſum bruneum, cuius color affuſo ſpiritu ſalis arm. vol. in colorem fere griſeo-viridem mutabatur, et in ſuperficie fluidi cutis colore variegato orta eſt. Spirit. ſalis arm. volat. inſtillatus cum aliqua ſpir. ſalis parte colorem dedit nigreſcentem et ſedimentum

mentum griſeum. Fluidum ſedimento ſuperſtans in catillo figulino ad ſiccitatem euaporatum cum borace et phlogiſto ope tubi ferrument. calcinatum nullum metalli granum ſed carbonem nigrum produxit, qui in acido vitrioli, nitri et ſalis ſolutus nullam cupri praeſentiam, colore nempe menſtruorum non mutato oſtendit.

Exp. IX.

Lactis vaccin. menſ. dimidia per 36 horas in vaſe relicta ingratum odorem et ſaporem cupro proprium obtinuit. Color fuit viridis praeſertim cremoris et parietes ac fundus vaſis aeruginem contraxerant. Serum, quod acido vitriol. diluto leni igne paraueram, addito ſpiritu ſalis arm. vol. et acidi ſalis com. aliquibus viridem colorem nanciſcebatur, qui tamen poſt aliquod tempus euanuit. Ferrum politum iniectum facie metallica obducebatur. Serum in vaſe figulino ante. ad ſiccitatem coctum ope tubi. ferrum. cum borace et phlogiſto vſtum nullum quidem metalli granulum dabat, ſed maſſam nigram, quae in acido vitrioli tenui ſoluta et aquae puteaiis quadam parte affuſa, colorem coeruleum nacta eſt. Pars caſeoſa exſiccata autem, cui acidum vitrioli dilutum ſuperfuderam et per aliquod temporis

temporis ſpatium leni ignis calori expoſueram, acidi colorem non mutauit.

Exp. X.

Succi citri recens expreſſi aliqua pars per 10 horae momenta in vaſe cupreo cocta colorem ex flauo viridem, qui admixto ſpiritu ſalis arm. volat. paululum augebatur, acquiſiuit. Ferrum immerſum poſt quartam horae partem iam facie metallica obductum reperiebatur.

Exp. XI.

Sacchari cand. $\frac{1}{4}$ ℔ in aqua ſoluta et ad ſpiſſitudinem ſyrupi cocta et per 4 horas in vaſe perſiſtens, affuſo ſpiritu ſalis arm. et nonnullis ſpir. ſalis com. guttis nec colorem coeruleum nec viridem obtinuit. Ferrum immerſum facie metallica non obtegebatur; neque ſaporem alienum animaduertere potui.

Exp. XII.

Butyrum elotum leni igne fuſum et ad refrigerationem vsque in vaſe ſeruatum videſcentem colorem aſſumſit, iamque inter fundendum vas ipſum circulo paululum viridi inquinabatur, et arrodebatur.

Exp. XIII.

Radices ſolani tuberoſi mundatae et in taleolas diſſectae ſalis com. q. ſ. conditae

per vnam horam coctae et ad refrigeratio-tionem plenam asseruatae nec odorem nec saporem alienum monstrabant, sed duabus vix praeterlapsis iam viridem colorem assumserant, et fundus ac parietes vasis aeruginе contaminati erant. Liquor per filtrum traiectus, addita spirit. salis arm. vol. portione, locoque calido repositus colorem paululum viridescentem nanciscebatur. Ferrum splendens iusculo immissum facie metallica cuprea obtegebatur; humore autem omni expulso, quod remanebat cum borace et carbonum puluere ope tubi ferrum: liquatum exhibebat massam griseam, quae in acido vitrioli, nitri et salis soluta colorem non mutauit.

Exp. XIV.

Omnia modo dicta iisdem reagentibus adhibitis, rad. solan. tuberos. sine sale per $\frac{3}{4}$ hor. coctis et spatio 3 horarum in vase asseruatis acciderunt.

Exp. XV.

Prunor. exsiccator. $\frac{1}{4}$ ℔ in aquae font. mens. I. per vnam horam tam diu vt remanerent aquae vnc. VIII. cocta et per 24 horas seruata, nullum quidem odorem alienum, sed saporem paululum adstringentem amarum acceperat, quod forsan prunorum empyreumati tribuendum. Parietes

et

et fundus vaſis aerugine inquinati erant, et ſpir. ſalis arm. vol. infuſus colorem fluidi obſcuriorem reddidit, et ſedimentum eiusdem coloris dedit. Ferrum ſplendens immiſſum facie metallica obducebatur. Sedimentum cum borace et phlogiſto fuſum carbonem produxit nigrum, qui autem in acidis tribus ante dictis et in ſpiritu ſalis armon. vol. ſolutus colorem fluidorum non mutauit.

Exp. XVI.

Baccae rubi idaei contuſae per 48 horas in vaſe ſeruatae nec odorem alienum acceperunt, nec colorem mutarunt; ſuccus autem per linteum expreſſus ſaporem paululum alienum habuit. Vaſis parietes et fundus colore nigro infecti erant; ferrumque ſplendens immerſum cuprum facie metallica extraxit. Maſſa ad ſiccitatem in vaſe figulino cocta et ope tubi ferrum, cum borace et phlogiſto vſta metallum non largita eſt, ſed maſſam nigram quae in menſtruis acidis ſoluta colorem eorum non mutauit.

Exp. XVII.

Cicerum recentium aliquot manipuli in aqua font., butyro et ſale q. ſ. addito per horam vnam et dimidiam coctae odorem ingratum et colorem paullo magis viridem nec tamen ſaporem cupreum acceperunt.

Ferrum

Ferrum immerſum cupri facie obducebatur; iuſculum autem, cui ſpir. ſalis arm. vol. addebam, nec colorem viridem nec coeruleum acquiſiuit.

Exp. XVIII.

Phaſeoli communes conciſi et cum ſale et aceto cereuiſiae cocti et ad refrigerationem totam in vaſe ſeruati, odorem et ſaporem paululum amarum nauſeoſum coloremque magis viridem aſſumſerant. Ferrum immiſſum non multo poſt cruſta cuprea obducebatur. Spiritus ſal. arm. volat. affuſus colorem nec altiorem nec obſcuriorem reddidit; ſedimentum autem ex iuſculo, ſpiritu ſalis arm. volat, affuſo recuperatum et iuſculum ipſum ad ſiccitatem coctum et vſtum calcem exhibuit rubram, qui color, borace addita, euanuit.

Exp. XIX.

Phaſeolorum commun. conciſor. aliquot manipuli in aqua cum ſale et butyro per vnam horam et dimidiam cocti, ſaporem paullo adſtringentem cupro ſimilem et odorem ingratum, necnon colorem magis viridem acceperunt, qui, addito ſpirit. ſalis volat. et aliquot guttis acidi ſalis, non augebatur. Ferrum iniectum cruſta metallica obducebatur. Iuſculum ad ſiccitatem coctum et vſtum dedit calcem rubellam, quae autem

cum

cum borace per aliquod tempus iterum euanuit.

Exp. XX.

Caro ſuilla rec. in aqua font. per 3 horas cocta et in vaſe ad refrigerationem vsque ſeruata nec ſaporem nec calorem alienum acquiſiuit. Iuſculum, cui ſpiritus ſal. armon. volat. aliquam partem addideram, colorem non mutauit; et ferrum immerſum cruſta cuprea non obtegebatur. In vaſis pariete, quousque fluidum ſteterat, annulus viridis nullus apparuit.

Exp. XXI.

Caro bubula rec. in aqua font. per 3 horas cocta et in vaſe vsque ad refrigerationem plenam ſeruata quoad ſaporem et odorem nihil alieni oſtendit. Nec minus in iuſculo, addito ſpiritu ſalis armon. et ferro immerſo cupri praeſentia detegebatur. Iuſculum ipſum ad ſiccitatem coctum et vſtum in acidis iam indicatis ſolutum, et ope tubi ferrument. fuſum nullas quoque particulas cupreas dedit.

§. VII.

Quaedam consectaria ex his experimentis, et cautelae in vsu vasorum cupreorum obseruandae.

Ex iam recensitis experimentorum phaenomenis atque euentibus hasce conclusiones, opinor, facere licet:

1) Omnes res principio salino siue acido siue alcalino, vel vtroque aut adstringente pollentes, facilius ac breuiori temporis spatio, quam lenes, aquosas, oleosas cet. res ex vasis cupreis siue igni expositis siue ab eo remotis, in quibus nempe aut coquantur, aut seruentur, aliquas particulas extrahere:

2) Vasa cuprea ab omni immunditie libera, a corporibus cuiusuis naturae, exceptis tamen acidis, inter coquendum, non tam cito arrodi, quam si in iis vel post coctionem ad refrigerationem vsque retineantur, vel sine praegressa coctione ad vsum seruentur:

3) Cupri particulas in corporibus limpidis, si acida fortiora excipias, bene iam monente Cl. PLOUQUETO *u*), non nisi maiori copia in iis contentas, sensibus externis dignosci

u) l, i. c. p. 6 seq.

dignoſci poſſe, ideoque ſolis reagentibus chemicis eruendas eſſe:

4) Acida omnis generis iam inter coquendum aliquid ex vaſis aeneis ſoluere.

Quae ſi cum caſibus ſiniſtris, alio loco iam commemoratis, conferamus, non poſſumus dubitare, quin vaſa cuprea, cum a plurimis fere corporibus arrodantur, ſanitati noſtrae magnum detrimentum inferant. Vnde haud immerito quaeſtio exſurgit, qua ratione illud periculum auertatur? vtrum id genus vaſa plane ſeponenda, an ſub quadam conditione in vſum culinarium ac domeſticum adhibenda ſint? Nec licet nec lubet mihi adhuc inexperto quidquam hic decernere, attamen iudicio aliorum virorum clariſſimorum aſſentire non dubito; itaque ſeponere vaſa, niſi varia impedimenta obſtarent, conſultiſſimum videretur. Quod et iam in quibusdam Europae terris v. c. in Gallia *v*), Suecia *w*) et nuperrime in Auſtria, iuſſu ſummorum imperantium factum eſſe, legimus, qui illorum vſum valde coercuerunt; optandumque eſſet, vt aliae quoque regiones id laudabile inſtitutum imitarentur, aut ſaltem cura mundi-

 tiei

v) Cl. VOGEL's *neue med. Bibliothek* I B. S. 87. 88.

w) Cl. FRANCK *Syſtem einer vollſt. med. Polizey.* p. 622 et 623.

tiei atque iusti vsus horum vasorum haberetur; quem in finem vtensilia vsui culinario praesertim destinata, quae in officinis cerevisiariis, destillatoriis, medicamentariis e. s. p. exstant, saepius ac diligentius inspiciantur, necesse est, ita vt impediatur, quo minus aut aerugine contaminata aut ad alimenta, quibus non conueniant, paranda ac seruanda in vsum trahantur. Quod si fiet, profecto omnibus malis alias ortis praecauebitur. Ex sententia nonnullorum virorum, qui firmam habent auctoritatem, non tantum, quantum a plurimis putatur, periculum esse, largimur, tamen omnem suspicionem sanitatis laedendae non auerti posse, arbritamur. Hinc vsus illorum vt circumspectus et sub quadam limitatione fiat, haud immerito poscitur. Quae autem circa cautam applicationem obseruanda, ad haec reduci possunt:

a) omnia salina et adstringentia nec in hisce vasis coqui, nec per aliquod tempus seruari debent:

b) munditiei eorum cura est habenda, quare semper ante vsum vt inspiciantur, ne aerugine inquinata in vsum trahantur, requiritur:

c) alimenta cuiusuis naturae atque indolis statim post coctionem effundi, neque in iis seruari, et

d)

d) in cibis parandis, qui acidum manifeſtum aut principium adſtringens produnt, non niſi materie quadam conueniente obducta vaſa adhibeantur, neceſſe eſt.

Res autem, quibus ad obductionem vaſorum vtamur, ſint per ſe innoxiae, durabiles et non facile a contentis deſtruendae, oportet. Cui ſcopo adhibentur vel metalla vel encauſta aut vernices. Inter metalla ab antiquiſſimis iam temporibus ſtannum, cum tam facile adhaereat, nec tanti pretii ſit, eum in finem applicitum eſt; certeque id, niſi plumbo aut cupro vt plurimum adulteratum eſſet, et ſi omnibus vaſorum locis *x*) probe induceretur, ita vt nulla pars nuda ſupereſſet, conueniret. At, cum breviori iam tempore, et a rebus contentis praeſertim acidae indolis, et a frictione deſtruatur, ſaepius repetita obductione opus eſt. Maiori autem cum ſecuritate ac vtilitate hunc in finem ferrum adhiberi poteſt *y*). Alii zinco vaſa obduxerunt, quod autem ob eius facillimam deſtructionem reprehendendum eſt. Ex metallis nobilioribus aurum et argentum quoque hunc in vſum

 adhi-

x) Gravenhorst *ausführliche Anweiſung zur Verzinnung der kupf. meſſing. und eiſernen Geräthe.*

y) Cl. Franck *Syſtem einer vollſt. med. Polizey. p. 635.*

adhibentur, quae tamen ob eorum maius pretium a paucis tantum applicari possunt. Accedit, quod haec metalla cum cupro mixta sint, ideoque, nisi cautio in vsurpandis iis adhibeatur z), noxam sanitati adferri, apertum est. Multo securius autem vasa encausto quodam aut vitrea crusta aut vernice, quae nec ignis gradu fortiori, nec a cibis contentis destruuntur, illinuntur. Ita Cel. RINMANN *a*) ex partibus aequalibus fluoris et gypsi encaustum, quod omnia requisita expleat, parauit et ad obductionem adhibuit. Cel. BINDHEIM *b*) etiam ex Gummi copal cocto et mixto et oleo therebinth. cocto cum Ol. Lini ad consistentiam syrupi vernicem fecit, quam repetitis vicibus metallo applicuit, et tam diu igni vasa exposuit, vsque dum vernix colorem fuscum acquireret, manibusque tangentibus non amplius adhaereret. Alii colophonio vasa obduxerunt, quod tamen praecedentibus post-

z) Ill. VAN SWIETEN in Comment. in Boerhaauii aphorism. de cognosc. et curand. morbis T. IV. p. 733. ex vino in phiola argentea clausa seruato pessima mala orta vidit, quae autem solo cupro admixto tribuenda fuerunt.

a) K. Vet. Acad. Handl. Vol. XL. *in dem 41 Bande der deutsch Uebersetzung* p. 147. *und in* Cl. CRELLS *neuesten Entdeck. in der Chemie.* 41. *Band.* p. 132 seq.

b) CRELLS *chem. Annalen* 1784. II. p. 5.

postponendum est. Cl. RINMANNI vasa obducendi methodus, cum nec sanitati, si forte quaedam partes soluantur, noceat, nec saporem ingratum cibis tribuat, omnibus aliis hucusque eum in finem adhibitis praeferri posse videtur.

Tutissime tamen omnia mala effugeremus, si vasis cupreis in alimentis parandis, quibus non conueniant, alia substitueremus. Quem in finem vasa ferrea, vitrea, fictilia et e terra porcellana facta in vsum vocari queunt. Sunt, qui vasa orichalcea vel ex aere tympan. etc. confecta, non tam nociuos, quam ea ex cupro puro parata, effectus post se trahere, praecipiant; sed illa cum etiam facile aerugine inficiantur, non absque periculo, nisi ea, quae ad vsum cautum vasorum cupreorum spectant, obseruentur, adhiberi posse, arbitramur. Ferrea reliquis vasis durabiliora id quidem incommodi habent, quod ab aëre praesertim humido facillime rubigine inficiantur, et cibos coctos tam colore quam sapore ingratos reddant. Damus, quasdam partes a cibis inditis excipi, hosque colore ac sapore mutari, tamen, cum hoc metallum non vires habeat noxias, nullum detrimentum sanitati inferri posse, iudicamus. At his omnibus malis, nisi fallor, dummodo ne talia alimenta in illis vasis,

 quae

quae vim ea arrodendi poſſident, coquantur, et ſemper diligentiſſime eorum munditiei conſulatur, praecaueri licet. In alimentis enim acrioris atque adſtringentioris naturae coquendis, vaſa fictilia ſecurius, niſi vernice, ex ſaturninis confecta, obducta ſint, in vſum vocari poſſunt. Ex hiſce breuiter allatis, mea quidem ſententia, malos ex incauto vaſorum cupreorum vſu effectus auerti poſſe, ſatis apparet.

§. VIII.

Methodus generalis effectus malos ex ingeſtione particularum cuprearum imminentes praeuertendi iisque medendi.

Antequam remedia accommodata ac proficua, quae malis ac periculoſis ex deglutitione partium cuprearum quouis modo facta orituris vel iam ortis effectibus opponenda ſint, ſeligamus atque adhibeamus, neceſſe eſt, vt, cum ex alio quoque fonte originem trahere poſſint, de diagnoſi certi ſimus, quae, dummodo diligenter in praeterita ac praeſentia inquiramus, nobis non patefieri non poteſt. Quodſi itaque vel ex aegroti ipſius aut ex eius cognatorum, qui interfuerunt, ore audiamus, eum ante optima ſanitate vſum eſſe, ſemperque magna cum appetentia cibos ac potus aſſumſiſſe, nullius-

nulliusque caufae huiusmodi effectibus anfam praebentis meminiffe, ac fymptomata ipfa fubito orta effe, iam quadam cum certitudine venenum quoddam deglutitum hariolari licet. Eo quidem maiori cum certitudine, fi aegrotus de fapore aeruginofo cum ficcitate faucium et naufea iuncto conqueratur; omnesque aliae caufae hanc labem progeneraturae abfint, fimulque plures eodem victu vtentes his malis affligantur, cupri particulas ingeftas atque intus in corpus fufceptas effe, elucet. Praeterea, fi per os eiecta vel per aluum reddita diligenter infpiciendo, fiue fenfuum externorum fiue reagentium chemicorum auxilio aeris figna detegimus, et fi refidua ciborum, in vafis ex ifto metallo aut aliis, quibus immixtum eft, paratis fepofita, colore viridi infecta, nec non vafa ipfa multis fordibus et aerugine contaminata reperimus, de rei veritate non dubitare poffumus. Detecta iam mali origine, antidota optime convenientia, quae quoad naturam ac formam veneni deglutiti eligenda funt, fine mora adhibeantur, neceffe eft.

Ratio autem medendi eft vel palliatiua vel radicalis. Priori methodo praecipuus locus eft, fi effectus grauiores ex magna veneni copia ingreffa, aut ob neglectam

forſan curam acceſſerint, et in eo conſiſtit, vt iſti aut leniantur aut plane tollantur. Ita, ſi inflammatio ventriculi vel inteſtinorum iam oborta vel metuenda ſit, antiphlogiſtica et interna et externa v. c. Mixt. temper. e nitro, ſale armon. — Dec. mucilag. ex rad. et herb. alth. malv. parietar cet. Emulſ. ſem. papav. — melon. Amygd. dulc. — Fomenta, Cataplaſmata, Clyſmata ex decoct. demulcentibus — Venae ſectiones cet. plurimis in caſibus ſiniſtrum euentum praecauebunt. — Affectus ſpaſtici e. g. conuulſiones, cardialgiae, colicae e. ſ. p. remediis, quae irritabilitatem et ſenſilitatem ſolidorum minuunt, remouentur. Quem in finem inuoluentia et demulcencentia e. g. Dec. rad. et hb. Alth. Malv. cet. Dec. ſem. lini. Solut. gummi arabic. Emulſ. amygd. — ſem. papav. — melon. cet. Fomentationes et inunctiones abdominis linim. volat. vngt. alth. cum laud. liquid. Syd. mixt. etc. peractae, balnea tepida, epiſpaſtica e ſ. p. optimo cum ſucceſſu adhibentur. — Cura radicalis autem, qua efficitur, vt materia irritans eliminetur, aut eius vis hebetetur, ſemper ſubiungenda eſt. Quare omnia, quae contra alia venena acrioris indolis in vſum vocantur, hic quoque requiruntur: ſcil.

a) *euacuantia*, quae ingeſtas cupreas particulas in primis viis adhuc latentes, ne in humores transeant, ſtatim eiiciunt.

b) *obuoluentia*, quae ſi venenum non ſtatim plane educi poſſit, eius vim ſtimulantem infirmant; aut ſi haec non ſufficiant,

c) *decomponentia* et *corrigentia*.

Quod primam medicaminum claſſem attinet, nunc vomitoria, nunc purgantia adhiberi oportet. Illa praeſertim ſtatim poſt veneni deglutitionem, dum illud adhuc in ventriculo deliteſcit, et ſi nulla inflammatio adeſt, haec autem ſi iam in inteſtina tranſierit, ſunt in vſum trahenda.

Ad vomitum creandum, cum natura ipſa vtplurimum in hancce euacuationem nitatur, mitioribus minus irritantibus tantum emeticis, vt naturae niſus promoueamus et ſubleuemus, vti licet; quare aquae tepidae vel purae vel oleis iunctae largior potatio, aut tartari emet. in aqua font. ſolut. minor copia, irritatio faucium penna oleo oliuar. humectata peracta e. ſ. p. iam ſufficiunt. Si autem praeſente nauſea vomitus non inſequuntur, fortiora propinari queunt; v. c. aqu. bened. Rul. Vin. antim. Huxh. tartar. emetic. maiores doſes. — Inter purgantia, minus irritantia praeſtant, et lubricantia, quae quoad corporis aegroti naturam, vti in ſolidorum rigiditate, ſeligenda

genda ſunt. Cuius generis ſunt: Mann. elect. Pulp. Caſſiae-Tamarind. Crem. tart. rad. rhabarb. Serum lactis tartariſ. Mella cet. *c*) Ol. ricini — Lini — Dec. ex rad. alth. hb. malv. ſem. lini cet. parata, dum per os vel per aluum applicantur, auxilium adferunt.

Ad acrimoniam inuoluendam, vimque veneni debilitandam, quam maxime conducit vſus largior remediorum demulcentium, quae inteſtina lubricando, venenum obvoluendo, acrimoniam mitigando, dolores leniunt; periculum inflammationis auertunt, ſimulque euacuationem materiei venenoſae adiuuant, ita vt grauiſſimae affectiones alias oriundae remoueantur. Cui ſcopo inſeruiunt omnes herbae ex ordin. nat. columnifer. v. c. lib. malv. alceae, alth. cet. — rad. ſalap. — Symphyt. mai. — Ol. amygd. dulc — lini. — oliuar. — papav. alb. — Solutio gummi arab. Sagu — Dec. gramin. — Auen. — hort. excort. — Oriz. cet. Serum lactis — Emulſiones amyd. — ſem. papav. cet. quae per os et per aluum ingerenda ſunt.

Decomponentia, corrigentia vel deſtruentia tum in vſum vocari oportet, quum cuprum

c) Cl. ODIER in Journal de medecine 1788. M. Avril p. 33 ſeq. Ol. Ricini optimo cum emolumento contra arſenicum deglutitum adhibuit.

cuprum, aut in ſolida forma, aut ſalibus ſolutum, aſſumtum et per longius temporis ſpatium in inteſtinis retentum fuerit, quae illud aut diſſoluunt, aut ex eorum connubio diuellunt. Ad diſſoluendum acida vegetabilia, interpoſitis euacuantibus potibusque mucilaginoſis. v. c. Acet. vini ſincer. ſucc. citri cet. cum non tantam acrimoniam, quantam acida mineralia, metallo affricent, praeferri merentur. Decomponentia autem ſecundum menſtruorum naturam atque affinitatem. quae cupro cum iis intercedit, ſeliguntur. Quam ob rem, ſi cuprum acidis copulatum ſit, alcalina tam fixa quam volatilia, terrae abſorb. e. g. ſal tartari — abſynth. — Cornu Cerui — Magneſ. alb. e. ſ. p. hepat. ſulph. calc. — alcalin. — alcalino — martial. cet. proficua erunt; ſi autem alcalinis iunctum ſit, acida vegetabilia, demulcentibus ſimul adhibitis, conducent. Quando cum corporibus blandis vel pinguibus aſſumtum eſt, euacuantia et demulcentia plerumque curam abſoluunt. Cl. NAVIER *d*) ſulphurea v. c. balſ. ſulph. ther. aut cum ol. oliuar. parat. et hepat. ſulphur. magnopere laudat, quae omnino, vrgente neceſſitate, magnam vtilitatem adferunt.

Haec

d) v. l. c. p. 333 ſeq.

Haec recenſita medicamina, ſi iuſto tempore adhibentur, fere ſemper infelicem mali euentum praeuertunt, breuique tempore ſanitatem reſtituunt. Quod apotherapiam reſpicit, roborantia, cum nunquam non debilitas organorum digeſtionis remaneat, per aliquod tempus adhibeantur, neceſſe eſt. Qua de re, extracta ex hb. et rad. amar. e. g. Extr. Abſynth. — Card. bened. Cent. min. Gent. rubr. etc. Martialia et alia, quae huius cenſus ſunt, diaeta nutriente blanda ſimul adhibita, conueniunt. Tremores aut paralyſes interdum remanentes excitantia tonica neruina tollere valent. Aliae chronicae affectiones ſi oriantur, ſuis propriis medicinis, quas omnes hic recenſere, nimis longum foret, ſanantur. Sed haec hactenus.

---

add. p. 42. Exp. VI. pone maſſam nigram l. rubris quibusdam ſtriis intermiſtam.

Theſes.

Theſes.

I.

Inſitionem variolarum praecipue commendandam eſſe, contendo.

II.

Venena et medicamenta vix diſcrimen admittunt.

III.

Librorum medicinam popularem tradentium lectionem multis nocere, ſuſpicor.

IV.

In curatione hydropis copioſiſſimum potuum vſum inter efficaciſſima remedia referendum eſſe, exiſtimo.

V.

Ex experimentis, quae ad medicaminum effectus in brutis indagandos fiunt, tuto ad hominem concludere non ſemper licet.

VI.

VI.

Dyſenteria plerumque a cauſa rheumatica ortum ducit.

VII.

Febres malignae non propriam claſſem conſtituunt.

VIII.

Vaſa cuprea ſtanno obducta non omne ſanitatis laedendae periculum auertere, iudico.

IX.

Fluidum nerueum eſſe, non nego.

X.

Medicus pſychologia non carere poteſt.

XI.

Ad animi affectuum moderamen in morbis ſanandis praeſertim eſt reſpiciendum.